FEDERICI BONAUENTURAE URBINATIS. ANEMOLOGIAE PARS PRIOR. ID...

Claudius Ptolemaeus, Federico Bonaventura



AVTORIS.

THEOPHRASTVS initio Opusculi de Pluuiarum Signis, ea ventorum, tẽpestatum, cęterarumq; aëris mutationum pręsagia, quę ab ortu & occasu syderum pendent, ex Astrologicis monimentis petenda esse admonet: quid ergo miraris amicè lector, si elegantissimum Ptolemæi libellum, qui rem hanc totã vberrimè complectitur, Illustrissimi literatissimiq; Viri, atq; de bonis artibus optimè meriti Vincentij Pinelli munere superioribus mensibus ad me missum, vt nil haberes, quod in hac de Prognosticis disciplina desiderares, & latinitate donauerim scholijs nonnullis illustratum; & hisce Theophrasti opusculis, vna cum excerptis ex Columella & Plinio à me significationibus, adnectendum curauerim? Scripsit enim Meton, scripsere plures alij in Astrologia ante Theophrastum insignes de inerrantium stellarum significationibus, & qui venti orientibus illis, & occidentibus excitarentur; quorum obseruationes, ad quas lectorem Theophrastus amandauit, Ptolemæi opera habes in hoc libello; adeo quidem ab eo, quem Leonicus tradidit, diuerso, vt nouum tibi omnino summi autoris opus, ac longè magis Ptolemæi eruditionem sapiens, longèq; vberius dare profitear: cum ille paucas significationes, paucioresq; apparitiones continens, ex Columella, similibusq; autoribus ferè excerptus potius videatur; hic è contra veterum omnium mathematicorum obseruationes collectas habens, atq; disputationem vere auream, aliaq; nonnulla huius rei studiosis maximè profutura, iure Ptolemæi præ se nomen ferat; vt his de causis lucubratiunculam hanc nostram perquã gratam, & acceptam tibi fore credam. Prætereo medicam artem in salubri morbosoq; anni statu decernendo, nimirum in nobilissima ac planè diuina eius parte, quæ ad prognostica spectat, his egere obseruationibus; quod princeps artis Hippocrates libello de Aëre, Aquis, & Locis ita testatus est; Cum temporum, in-

,, quit, mutationes & astrorum ortus & occasus obseruaue-
,, rit, quemadmodum singula horum eueniant, prænoscet
,, vtiq; & de anno qualis sit futurus. Et alio loco. Cæterum
,, de annis hoc modo consideratione facta, quis cognoscere
,, posit, qualisnam annus sit futurus salubris an morbosus:
,, si enim secundum rationem fiant signa astris occidentibus
,, & emergentibus & c. Nautæ demum ac rei rusticæ cultores quantum hinc capiāt vtilitatis, id puto omnes attingere,& satis clare Varro, Collumella, Pliniusq; testificātur. Dices forsan sydera tū errātia,tū inerrātia hasce in aëre mutationes nō causare? id quidem nō est impręsentia rationibus demonstrandum, sed & experientiæ & sacrarum literarum autoritas satis tibi esse debet; de quinq; enim erronibus in
,, epistola beati Iudę Apostoli legimus. Sydera errantia: qui-
,, bus procella tenebrarum seruata est in eternum. De inerrantibus vero, quid maximi in Eclesia Dei Patres senserint apud Dionisium Cartusianum, vt alia nunc prætercam, in enarrationibus super Iob habes; D. nanq; Hyeronimus, ipso referēte,de Orione, dum prophetam Amos explicaret, hyeme astrum hoc oriri,suoq; ortu tempestates significare, & excitare scripsit. D.q; Gregorius ita de eodē notatū re-
,, liquit. Oriones in ipso pondere temporis hyemalis oriun-
,, tur, & ortu suo tempestates excitant, maria terrasq; per-
,, turbant; vnde secundum quosdam Orion dicitur quasi Vri-
,, on,ab Vrina id est ab inundatione aquarum. Vnum tantum hoc deest huic nostræ opellę, quod video te admirabili studio expectare, hasce nimirum stellarum apparitiones, significationesq; seculo & climati nostro accōmodatas; cui rei, quantum temporis scholiorumq; breuitas permisit, nonnullis in locis satisfecimus: atq; Deo opt. max. adiuuante plenissimē imposterum satisfaciemus; cum inerrantium omnium stellarum apparitiones primæ & secundæ magnitudinis, quæ in climate nostro oriuntur & occidunt, vna cum obseruatis à nobis significationibus propediem edituri simus. Vale benigne lector, atq; si hæc nostra tibi arridere videbimus, grauiora, discentium studijs fortasse non inutilia, in dies expecta.

CLAV-

CLAVDII PTOLEMÆI INERRANTIVM STELLARVM APPARITIONES.

Et significationum collectio.

FEDERICO BONAVENTVRA
INTERPRETE.



NERRANTIVM stellarū apparitiones quotnā habeāt differentias, quasue causas; itē quibus niti ad singulas demōstrādas obseruationib⁹ oporteat; quibusq; theorematibus reliqua (eodem methodo vtētes) venari debeamus; nimirum quibus, circuli, qui per medium signorum est, partibus, singulæ stellæ [2] vbiq; simul in medio cęli sint, atq; in vnaquaq; habitatione cooriātur, simulq; occidāt. adhuc quot [3] partibus & in maximo descripto circulo, & in eo, qui per medium signorum est, sol sub terris in apparitionibus distare debeat, omnesq; ipsius * partes, quarum ratione tempora particularia definiuntur, longius in proprio quodam huiusce rei [4] tractatu perse-

perſecuti ſumus; addentes prętereа omnes per ſingula Climata differentiarum modos inerrantium ſtellarum primæ & ſecundæ magnitudinis, quæ in quinq; acceptis à nobis circa partem noſtræ terræ Climatibus, horę ſemiſſe viciſſim differentibus, oriuntur, & occidunt. quorum primum quaſi ab Æquinoctiali accepimus, ſcriptum per [5] Syenem. atq; vniuerſaliter, per loca illa, in quibus maximus dies horarum eſt 13. 30. Secundum verò paulò Cyrene auſtralius per inferiorem Ægyptũ: atq; per ea vniuerſaliter loca, in quibus maximus dies æquinoctialium horarum eſt quatuordecim. tertium per Rhodum ac per ea omnia loca, in quibus diei magnitudo horarũ eſt 14. 30. quartum p medium Helleſpontum; atq; vniuerſaliter per loca illa, in quibus maximus dies horarum eſt quindecim. quintum demum ac poſtremum per medium Pontum ſcriptum; vniuerſaliterq; per illa loca, in quibus maximus dies horarum eſt 15. 30. æquinoctialium. Iam verò tempora ipſa [6] apparitionũ à nobis annotata (quibus vt poſſemus vti, neceſſe fuit illud ſubire onus calculationum, quod tamen in illuſtrioribus tantũ ac ſplendidioribus fecimus) ſimul cum obſeruatis apparitionum tempore, ab eis qui ante nos fuere, [7] ſignificationibus, vt magis hęc omnia in promptu habeantur, in preſenti

tracta-

tractatu compendio explicabimus; vbi tamen antea nonnulla de [a] apparitionibus ipsis; ac de particularium obseruationum vsu præfati fuerimus.

[a] Apparitionem igitur appellamus syderis inerrantis apparentem ad solem & horizontem acceptam primam, vel vltimam configurationem; vnde & nomen deductum est. Horum autem, qui hoc modo accipiuntur, aspectuum, quatuor generales admodum reperiuntur differentiæ. tot enim modis solis positus ac syderis, tum vicissim, tum duorum horizontis semicirculorũ ratione variantur, ortus videlicet, atq; occasus. Porrò syderum positio vtriusq; semicirculorum respectu, indicatur communius quidem ab ortu & occasu; solis autem, à temporibus ab ipso adductis: propriè verò à matutino & vespertino ortu atq; occasu. quamobrem, cum sol ac stella in semicirculo sunt orientali, huiusmodi aspectum communiter matutinum exortum vocamus; vbi autem in occidentali rursus collocati fuerint, aspectum hunc vespertinum occasum dicimus. quod si contraria loca occupauerint, quando sol occidentalem tenet angulum, stella orientalem, aspectus hic vespertinus ortus dicitur: vbi vero sol in orientali, stella in occidentali semicirculo fuerit, huiusmodi aspectus matutinus occasus appellatur. Iam verò hi quatuor

explica-

explicati aſpectus bifariam ſinguli diuiduntur; in veros ſcilicet & apparentes. & ſanè communiter quidem veros aſpectus eos dicimus, qui non ſtellam tantum, ſed ipſum quoq; ſolem in horizonte habent exactè collocatum; apparentes verò illos, in quibus ſtella quidem horizontem tenet, ſol verò ſub terris verſatur; atq; hoc non ſimpliciter, ſed vel ante ortum, vel poſt occaſum. magis verò proprie in hiſce configurationibus matutinum exortum verum dicunt, quando ſtella ac ſol ſimul oriuntur: veſpertinum exortum verum, quando labente ſole ſtella horizontem conſcendit: matutinum occaſum verum, quando oriente ſole ſtella occumbit: veſpertinum occaſum verũ, quando ſimul ſtella ac ſol occaſum petunt. Rurſus autem matutinum ortum apparentem, cum ante ſolis exortum ſtella oriens apparet: veſpertinum ortum apparentem, vbi poſt ſolis lapſum ſtella identidem oriens cernitur: matutinum verò occaſum apparentem, quando ante ortum ſolis ſtella occumbens conſpicitur: veſpertinum demum occaſum apparentem, vbi poſt ſolis occaſum ſtella cernitur occidere. Porrò in veris configurationibus non ſtellarum tantum, ſed ſolis quoq; [10] loca comtemplari euenit: quandoquidem hoc modo ſol pariter ac ſtella in ipſo horizonte reperiuntur; in apparenti-

bus verò id eatenus contingit, quatenus eas exactè ac ſimpliciter accipimus; cum alioqui ſolis loca non ſemper definita ac certa intelligantur. fieri nanq; poteſt, vt ſecundum diuerſa ſolis ſub terris commorantis interualla, pluribus diebus matutini ac veſpertini ſyderum ortus occaſuſq; conſpiciantur: quaſi aliquam tempora hæc varietatem recipiant. qua de re nulla harum dictarum configurationum, iam [11] apparitio dicenda erit; ſiquidem apparitio definiti ſimulq; apparentis aſpectus manifeſtatio eſt. atqui in his aſpectibus, qui poſiti ſunt, in veris quidem [12] tempora ipſa latent, in apparentibus verò ſolis loca. vbi igitur, non craſſiori minerua, atq; vt contigerit, apparentes configurationes acceperimus, verum [13] primos tum in ortu, tum in occaſu, & vltimos aſpectus definiuerimus; ſanè tunc quod proprium apparitionis eſt, aſſequemur; vno iam exiſtente etiam ſolis loco, in quo cum ipſe extiterit, primo & vltimo ſtellæ orientes & occidentes poſſunt apparere; atq; ſecundũ huiuſmodi iam definitum aſpectum conſtituuntur
* in * expoſitus climatib⁹ ac omnino quatenus horizõ tropicos ſecat, matutina quidẽ orientalis apparitio [14] primus apparẽtiũ aſpectuũ ortus; veſpertina oriẽtalis apparitio, vltimus apparẽtiũ aſpectuũ ort⁹. Ruſuſq; matutina occidẽtalis apparitio prim⁹ ſtellę

b occa-

occaſus; veſpertina occidentalis apparitio vltimus ſtellæ occaſus. In ſtellis igitur inerrantibus,* quæ in circulo, qui per medium ſignorum eſt, collocatæ ſunt, apparitionum ordo ita ſe habet; atq; toto quidem illo tempore, quod inter matutinum, ac veſpertinum ortum eſt, huiuſmodi quidem ſtellæ, [15] cum oriuntur, apparent, non cum occidunt: eo verò, quod inter veſpertinum exortum, & matutinũ occaſum interiacet, apparent quidẽ, ſed [16] neque orientes, neq; occidentes: eo autem, quod eſt à veſpertino[17] occaſu ad matutinum exortum, omnino non apparent: atq; has quidem ſtellas, cum aliquo tempore diſparent, emergentes vocamus, ſeſeq; occultantes; ipſarumq; matutinum exortum ſimpliciter emerſionem appellamus; veſpertinum autem occaſum, ſimpliciter occultationem. cum verò aliquo tempore apparent, neq; orientes neq; occidentes [18] κολοβοδιεξόδους dicimus. Cæterum in ſyderibus illis, quæ à circulo, qui per medium ſignorum eſt, vel ad Vrſam, vel ad meridiem inſigniter diſtant, expoſitus interdum ordo varietatem habet, ſecundum vtranq; Syzygiam; cum earum partem aliam illum retinere obſeruemus, aliam verò oppoſitam nequaquã. enimuerò in auſtraliorem habentibus à circulo per mediũ ſignorum poſitionem ſtellis, [19] occaſum quidem veſpertinum

tinum præcedere matutinum exortum videmus; atq; quod emersionum occultationumq; propriũ est eas habere: propterea quod toto eo tempore, quod inter hasce apparitiones interiacet, penitus se celant. [20] Matutinum verò occasum è contra tempore vespertinum exortum antecedere, eo quia nõ amplius ipsis contingat, quod τῶν κολοβοδιεξόδων proprium est, sed potius earum, quæ vocantur [21] νυκτιδιέξοδοι, naturam imitentur; quoniam toto eo tempore, quod ab occasu matutino est, ad exortum vsq; vespertinum, & exorientes & occidentes, totumq; quod supra terram est hemispheriũ pertranseuntes, apparent: post solis quidem occasum exorientes, atq; ante ortum ipsius occumbentes. In stellis verò, quæ borealiorem à circulo per medium signorũ positionem obtinent; ex contrario [22] vespertinus exortus, (vt obseruatur) matutinum occasum anteuertit, atq; hæ ipsæ, earum, quæ κολοβοδιέξοδοι dicuntur, proprium retinent; quoniam toto rursus intermedio tempore harum duarum apparitionum, neq; orientes, neq; occidentes apparent. at [23] matutinus exortus pleruнq; in illis vespertinũ occasum antegreditur; eo quod non amplius, quod disparentium astrorum, emergentiumq; ac sese occultantium proprium est, seruant; sed earum, quæ [24] ἐνιαυτοφανεῖς appellantur; quoni-

am toto eo tempore, quod ab exortu matutino est ad vespertinum occasum cerni possunt, occidentes quidem post occasum solis, atq; ante ipsius exortũ orientes; vocantur autem huiusmodi stellę [25] ἀμφιφανεῖς: quamobrem in ipso [26] commentario diligenter inspiciendum est, propterea quod stellæ, quæ dicuntur [27] emergere, & occultari, de earum numero sunt, quæ abeunt à conspectu nostro abscondunturq;: quæ verò simpliciter [28] matutinum exoritum efficere occasumq; vespertinum ponuntur, ad illas pertinent, quæ ἐνιαυτοφανεῖς, & ἀμφιφανεῖς appellantur. similiter autem, quæ [29] vespertinum exortum ante occasum matutinum efficiunt de illarum numero sunt, quæ κολοβοδιέξοδοι nuncupantur. quæ verò è contra [30] occasum matutinum faciunt ante vespertinum exortum νυκτιδιέξοδοι dici solent. Quæ igitur circa differentias ordinemq; apparitionum pręsenti instituto conueniunt huiusmodi ferè sunt.

Adhibuimus auté anni descriptioné, qui apud nos in vsu est, ne dierũ ęquiuocatio, ob intercalationem quarto quoq; anno factã, in notandis excipiendisq; apparitionibus, comitteretur. Itaq; à primo die mensis Thoth singulos dies numerantes, proprio ordine, quoad licuit, apparitiones digessimus, quæ in ipsis fiunt in acceptis à nobis climatibus:

bus: adiecimusq; ad clima ostendendũ in quo fit apparitio, æquinoctialiũ horarũ pro paralelli ratione multitudinem maximæ diei, vel noctis: adscribentes prætere a obseruatas à veteribus in solis per dies illos inambulationibus ambiétis aeris [11] significationes: non quidẽ quod sẽper, ac sine vlla [12] varietate eiusmodi mutationes euenire dicamus, sed vt plurimũ, & quatenus nulla aliarũ causarũ, quæ plures sunt, reluctatur. cogitandum nanq; est, circa enarratos inerrantium stellarum ad solem aspectus conuerti quodãmodo aeris statũ ac mutari; quemadmodũ ad ipsũ in tropica, & ęquinoctialia puncta solis ingressum. non sanè, quod causa omnis euentus in hasce configurationes sit referenda; sed maximopere quidem ad futuras mutationes producẽdas conferre cẽsendũ est, & lunã & reliquos quinq; errones: ac lunam quidem, vel inde causę subire rationem, quoniam vt plurimum [13] significationes ab apparitionum diebus, ad dies transfert propriarum cum sole configurationum: quinq; vero rursus errones, quoniam ad eos producendos effectus cooperantur, qui [14] propriarum temperamentis naturarum, commoderationibusq; proportione respondent: quemadmodum & quatuor anni tẽpora interdum quidem [15] properare, interdum verò remorari cernimus ob syzygiarum solis & lunæ


inter-

interualla, & qualitates, quæ propter Planetarum transitus & configurationes Sygyziarum tempore, intenduntur plurimũ ac remittuntur. Itaq; operęprecium erit, eum, qui ad significationes, huiusmodiq; prædictiones animum intendere voluerit, primum significationum ipsarum causas inuestigare; mox, (cum neq; id sufficiat) animo versari, quòd eorum, qui hasce significationes annotandi prouinciam suscepere, alij in alijs regionibus eas obseruarunt; sæpenumero in similibus scribendis constitutionibus aberrantes, vel ob aliquam regionis [36] proprietatem; vel quia non vbiq; locorum ęędem ijsdem diebus apparitiones existunt. Postea pro viribus & quatenus fieri potest reliquas alias causas contemplari, planetarũq; transitus in Ephemeridibus positos animaduertere, vt significationum dies, proximorum solis, ac lunæ [37] quadratorum diebus, illisq; potissimum, qui præcedunt coitum, ac plenilunium accomodare valeat; ac prętere a diebus etiam illis, in quibus sol sub ipsis apparitionibus ad duodecim signa transitum facit. significationum verò ipsarum qualitates in configurati Planetę naturam potissimum referre; [38] Veneris quidẽ stella calidas in aere constitutiones; Saturni frigidas, [39] Iouis humidas, Martis siccas, [40] Mercurij demum humidas ac ventosas, producente.

qua

qua in re, si contrariæ temperationis stellæ conciliatæ fuerint, animaduertere etiam oportet. Quòd verò quarundam apud veteres [41] illustrium stellarum nullam neq; in præsenti tractatu, neq; in præcedenti fecerimus mentionem; videlicet Sagittæ, Vergiliarum, Hædorum, Vindemiatoris, Delphini, & si quæ aliæ huiusmodi sunt, culpam facile deprecabimur; cum id graui admodum de causa factum à nobis fuerit. enimuerò primas & vltimas stellarum apparitiones, quæ adeo exiguæ sunt, omnino difficile est percipere, oculisq; notare posse; atq; eos, qui ante nos fuere, quadam potius coniectura (quod ad has stellas pertinet) fuisse vsos, quàm obseruatione, facile quisq; ex ipsis phœnomenis iudicabit. vnde præcipuum fuit consilium nostrum stellarum primæ tantum, ac secundæ magnitudinis notare apparitiones; tum ob dictam causam, tum etiam quia hæ solæ propter insignem magnitudinem, (non quidem omnes,) neq; incertam, neq; explicatu difficilem causam significationũ videtur habere, quæ in illarũ aspectibus annotantur; præterquam quod & rationi magis consentaneum est ad stellas alias longè splendidiores, quarum apparitiones ijsdem temporibus existunt, oculos conuertere; videlicet pro Sagitta, & Delphino fulgentes, quæ proximæ sunt, pro Vindemia-

miatore Arcturum & Spicam, pro Vergilijs & Hædis Capram ac splendidam Hyadum obseruare; quarum [42] magnitudinem, credibile est, in ambiente aere mutationem aliquam causare posse; apparitionumq; tempus manifestum existit, ac præfinitum. quæ omnia nullo modo in obscurioribus, minoribusq; astris locum habent; etsi nonnulla ex pluribus sint conflata. & sanè nisi quis fabulas texere velit, nil de huiusmodi stellarum affectionibus, quod ei notum sit, affirmare poterit: nec propriè quidem matutinas, aut vespertinas vocare, primas illarum, vel vltimas apparitiones; propterea quod longè maior solis distantia sub horizonte in illis inueniatur, quàm matutinæ, ac vespertinæ apparitionis tempora patiantur. Verum his ita satis pro presenti instituto explicatis, iam descriptionem ipsam ordine subijciamus, quæ ita se habet.



[43] Thoth.

43 Thoth.

Augustus 29 1 Hor. 14. Cauda Leonis emergit. Hipparcho Etesiæ ponũt. Eudoxo imbres, tonitrua, Etesię ponunt.

30 2 Hor. 14. Cauda Leonis emergit. Hor. 14 Spica occultatur, Hipparcho emergit.

31 3 Hor. 15. Capra vesperi exoritur. Aegyptijs Etesiæ flare desinunt. Eudoxo venti varij sese alternatim collidentes. Cæsari ventus, imber, tonitrua. Hipparcho flat Subsolanus.

Septẽber 1 4 Hor. 15. Extrema Fluuij manè occidit. Callippo hyemat, & ponunt Etesiæ.

2 5 Hor. 13. 30. Spica occultatur. Hor. 15. fulgens, quæ vocatur Lyra, matutino occidit. Metrodoro molestus aër. Cononi Etesiæ ponunt.

3 6 Hor. 15. 30. Quæ in extrema austrina Chele duarũ lucens occultatur. Aegyptijs nebulæ ac æstus, vel pluuiæ, vel tonitrua. Eudoxo ventus, tonitru, molestus aër. 44 Hipparcho ventus, dies humida.

4 7 Metrodoro molestus aër. Callippo, Euctemoni, ac Philippo varius aër ac molestus. Eudoxo pluuia, tonitru, ventus inconstans.

5 8 Aegyptijs imber; in mari tempestas, vel Auster. Cæsari inconstantes venti, pluuiæ, atq; Etesiæ flare desinunt.

6 9 Hor. 14. Quę in Cauda lucens Oloris, seu Auis manè occidit. Aegiptijs Fauonius, vel Argestes spirat.

7 10 Hor. 13. 30. fulgens, quæ est in dextro latere Persei vesperi exoritur. Philippo molestus aër. Dositheo hyemat.

8 11 Aegyptijs significat.

9 12 Quæ in extrema austrina Chele duarum lucens occultatur.

10 13 Dositheo aëris intemperies.

11 14 Hor. 14. Canobus emergit. Cæsari Aquilones flantes ponunt.

12 15 Eudoxo venti Austri.

13 16 Callippo, & Cononi significat.

14 17 Hor. 14. 30. Quæ in cauda Auis lucens matutino occidit. Hor. 14. Quæ in extrema austrina Chele duarum lucens occultatur. Hor. 14.30. extrema Fluuij mane occidit. Eudoxo Aquilones ponunt. Metrodoro significat. Democrito significat, & hirundo discedit.

15 18 Hor. 15. 30. Quæ in genu Sagittarij occultatur. Aegyptijs pluuiæ. Significat. Autumni initium. hirundo abit. Dositheo humidus dies. Euctemoni Autumni initium.

16 19 Hor. 15 30. Quæ splendida est Piscis austrini vesperi exoritur. Hipparcho molestus aër, & in mari pluuiæ, Autumniq; principium.

17 20 Cæsari Autumni principium: & hirundo discedit. Metrodoro in mari imbres, & molestus aër.

18 21 Hor. 14 splendida Piscis austrini occultatur. Hor. 15. Quæ in sequenti humero Heniochi, seu Aurigæ vesperi exoritur. Aegyptijs Fauonius, vel Africus, vesperi Subsolanus. Eudoxo Autumni principium.

19 22 Hor. 13. 30. Antares occultatur. Aegyptijs Fauonius, Argestes; ac lenis imber. Eudoxo humidus dies.

20 23 Hor. 14 30. Arcturus matutino exoritur. Aegyptijs lenis imber, & venti. Significat. Callipo & Metrodoro imbres.

21 24 Hor. 13. 30. Quæ communis Equi & Andromedæ mane occidit.

22 25 Hor. 13. 30. Quæ in cauda Auis lucens manè occidit. Aegyptijs Fauonius, vel Auster, ac per dies quatuor iuges pluuiæ.

23 26 Hor. 15. 30. Arcturus 45 manè exoritur. Eudoxo pluuiæ. Hipparcho Fauonius, vel Auster.

24 27 Hor. 14. Communis Equi & Andromedæ matutino occidit. Hor, 14. Extrema Fluuij manè occidit.

25 28 Autumnale Aequinoctium. Aegyptijs, & Eudoxo significat.

26 29 Hor. 14. Antares occultatur. Hor. 14. 30. Arcturus manè oritur. Euctemoni significat. Democrito imbres, ac venti inordinati.

27 30 Hor. 14. 30. Quæ communis est Equi & Andromedæ matutino occidit. Euctemoni, Philippo, & Cononi significat.

Phaothi.

28 1 Aegyptijs Fauonius, vel Auster. Hipparcho significat.

29 2 Hor. 15. Communis Equi & Andromedæ manè occidit. Hor. 15. 30. Quæ in extrema borea Chele duarum lucens occultatur. Eudoxo & Euctemoni significat. Hipparcho Auster, vel Fauonius.

30 3 Hor. 13. Arcturus 46 mane exoritur. Hor. 15. 30. splendida Auis manè occidit.

October 1 4 Hor. 15. Quæ in extrema borea Chele duarum lucens occultatur. Aegyptijs & Callippo hyemat. molestus aër. Euctemoni & Philippo pluit.

2 5 Hor. 15. 30. Communis Equi & Andromedæ manè occidit. Euctemoni hyemat.

3 6 Hor. 13. 30. Arcturus matutino exoritur. Hor. 13. 30. Extrema Fluuij manè occidit. Hor. 14. 30. Quæ in extrema borea Chele duarum lucens occultatur. Hor. 14. 30. Antares occultatur. Hor. 15. 30. Fulgens Coronæ boreæ matutino exoritur. Aegiptijs ac Cæsari tempestas, imber, tonitrua, & fulgura.

4 7 Hor. 13. 30. Spica emergit. Hor. 14. Capra vesperi exoritur, & fulgens in Corona occultatur. Aegyptijs pluuiæ, hyemat. Eudoxo imber, ac ventus inconstans. Dositheo significat.

5 8 Fulgens in Corona occultatur. Hor. 14. 30. Quæ in sequenti humero Aurigæ vesperi exoritur. Hor. 14. 30. Spica emergit. Democrito hyemat.

6 9 Hor. 15. 30. Spica emergit. Aegyptijs Aquilo flat.

7 10 Hor. 15. Fulgens in Corona mane oritur. Hipparcho Auſter.

8 11 Hor. 15. Quæ in dextro Genu Sagittarij occultatur.

9 12 Hor. 15. Antares occultatur. Aegyptijs Fauonius vel Africus. Eudoxo ſignificat. Hipparcho Subſolanus.

10 13

11 14 Doſitheo & Eudoxo ſignificat.

12 15 Aegyptijs Argeſtes, ac imber.

13 16 Hor. 14. 30. Fulgens in Corona manè exoritur. Eudoxo Aquilones, vel Auſtri. Doſitheo ventus inconſtans. Callippo ſignificat. Cæſari ventus inordinatus, pluuię, tonitrua.

14 17 Hor. 15. 30. Antares occultatur, Aegyptijs Aquilo vel Africus. Eudoxo ſignificat.

15 18 Hor. 13. 30. Arcturus matutino exoritur.

16 19 Eudoxo ventorum mutationes: tonitrua.

17 20 Hor. 14. Quæ in ſequenti humero Aurigæ veſpere oritur. Hipparcho Auſter vel Aquilo.

18 21 Hor. 13. 30. Capra veſpere exoritur.

19 22 Hor. 14. Fulgens Coronæ boreæ mane exoritur. Aegyptijs Fauonius, vel Auſter. diebus quatuor pluit. Doſitheo ſignificat.

20 23

21 24 Hor. 14. 30. Canobus mane occidit.

22 25 Aegyptijs venti inordinati.

23 26 Arcturus veſperi occidit. Eudoxo ſignificat. Cęſari Aquilo ſpirat.

24 27 Hor. 13. 30. Fulgens Coronę boreę mane exoritur. Hor. 14. Quæ in dextro genu Sagittarij occultatur. Aegyptijs & Callippo ſignificat. Eucſemoni & Callippo varius aër; vehemens in mari tempeſtas.

25 28 Hor. 13. 30. Quæ in ſequenti humero Aurigæ veſpere exoritur. Aegyptijs vehementer hyemat.

26 29

27 30

Athyr.

Athyr.

28 1 Hor. 13. 30. Quæ in extrema austrina Chele duarum lucens emergit.

29 2 Hor. 14. Quæ in extrema austrina Chele duarum lucens emergit. Hor. 15. idem. Aegyptijs significat. Dositheo hyemat; Democrito frigus, vel pruina. Hipparcho continuus Auster.

30 3 Hor. 13. 30. Quæ in extrema borea Chele duarum lucens emergit. Euctemoni & Philippo vehemens flat ventus.

31 4 Quæ in extrema borea Chele duarum lucens emergit. Hor. 14. Arcturus vesperi occidit. Aegyptijs Auster, vel Africus. Callippo & Euctemoni venti vehementes. Cæsari ac Metrodoro venti. hyemat.

Nouēber 1 5 Hor. 13. 30. Quæ in extrema borea Chele emergit. Hor. 14. Quæ in Genu Sagittarij occultatur. Cononi & Eudoxo ventorum inconstantia.

2 6 Callippo varius ac intemperatus aëris status. Cæsari & Hipparcho Auster, vel gelidus Aquilo.

3 7 Hor. 14. Fulgens Hyadum vesperi exoritur. Aegyptijs Auster, & cum Fauonio imber. Eudoxo Aquilo, vel Auster. Metrodoro intemperatus aëris status. Euctemoni, Philippo, & Hipparcho pluuia.

4 8 Hor. 13. 30. Fulgens Hyadum vespere exoritur. Callippo pluuiæ. Euctemoni significat.

5 9 Hor 15. 30. Communis fluuij & Pedis Orionis manè occidit; Aegyptijs tempestas; imber.

6 10 Hor. 14. Canobus mane occidit. Aegyptijs Auster vel Fauonius. Dositheo tempestas.

7 11 Hor. 15. Fulgens Lyræ mane oritur. Metrodoro imber cū procella. Hipparcho frigidus Argestes.

8 12 Hor. 15. Arcturus vesperi occidit; & quæ communis est Fluuij ac Pedis Orionis manè occidit.

9 13 Hor. 13. 30. Quæ in Genu Sagittarij occultatur. Aegyptijs Auster vel Eurus. Lenis diebus quatuor

tuor imber. Metrodoro hyemat. Procella. Euctemoni pluuiæ, ac tempestas.

10 14 Hor. 14. Quæ communis Fluuij & Pedis Orionis mane occidit. Philippo, ac Euctemoni tempestas. procella. Hipparcho Aquilo, vel gelidus Auster, ac imbres.

11 15 Hor. 14. fulgida Persei mane occidit. & splendida Coronæ boreæ vesperi occidit. Hor. 15. 30. Fulgens 47 Hyadũ mane occidit. Aegyptijs & Hipparcho Hyemis principium. Metrodoro Callippo & Cononi significatio.

12 16 Hor. 13. 30. Fulgens Hyadum manè occidit. Hor. 14. 30. idem syderis aspectus. Hor. 15. idem syderis aspectus. Euctemoni ac Dositheo hyemat.

13 17 Hor. 14. Quæ communis Fluuij & Pedis Orionis manè occidit. Hor. 15. 30. Quæ est in capite præcedentis Geminorum vespere exoritur. Eudoxo Hyemis principium, & significatio. Democrito in mari tempestas, ac in terra.

14 18

15 19 Hor. 14. 30. splendida Lyrę mane exoritur. Aegyptijs Auster, vel Eurus diebus quatuor. Cæsari hyemat.

16 20 Hor. 13. 30. Communis Fluuij & Pedis Orionis occidit. Hor. 14. Fulgida Persei mane occidit. Hor. 15. 30. media Cinguli Orionis manè occidit. Cęsari tempestas.

17 21 Hor. 15. Quæ in præcedenti humero Orionis mane occidit. Hor. 15. media Cinguli Orionis mane occidit Hor. 15. 30. Arcturus vesperi occidit. Aegyptijs Aquilo per diem totum cum pluuijs. Cæsari tempestas.

18 22 Hor. 14. 30. Quæ in præcedenti humero Orionis mane occidit.

19 23 Canobus manè occidit. Hor. 14. fulgens Coronæ boreæ vesperi occidit. Hor. 13. Quæ in præcedenti humero Orionis manè occidit. Hor. 15.

Quæ

Quæ in capite præcedentis Geminorum vesperi exoritur. Eudoxo hyemalis mutatio.

20 24 Hor. 13.30. Quæ in summo pede dextro priori Centauri emergit. hor. 14. 30. media Cinguli Orionis mane occidit. hor. 15. 30. Canis mane occidit. Aegyptijs hyemalis mutatio. Eudoxo Aquilo frigidus.

21 25 Hor. 13. 30. Quæ in præcedenti humero Orionis mane occidit. hor. 13. 30. Antares emergit. hor. 14. 30. fulgida Persei manè occidit. Euctemoni, & Dositheo tempestas, & pluuia, Cęsari aëris intemperies.

22 26 Hor. 13. 30. Quæ in præcedenti humero Orionis vespertino exoritur. hor. 13.30. Extrema Fluuij vesperi exoritur. hor. 14. fulgida Lyræ matutino exoritur. hor. 14. Media Cinguli Orionis manè occidit; & Antares emergit. Eudoxo aspera tempestas.

23 27 Hor. 14. 30. Antares emergit. Canis matutino occidit, hor. 15. 30. Splendida Auis manè exoritur. hor. 15. 30. Quæ est in sequenti humero Orionis manè occidit. Aegyptijs & hipparcho continuus Auster. Eudoxo & Cononi aër hyemalis. Callippo pluuius dies.

24 28 Hor. 14. 30. Quæ in præcedenti humero Orionis vesperi exoritur. hor. 14. 30. Quæ in capite pręcedenti Geminorũ vespertino exoritur. hor. 15. Quæ in sequenti humero Orionis manè occidit. hor. 15. Antares emergit. Aegiptijs modicè pluit

25 29 Hor. 13. 30. media Cinguli Orionis manè occidit. hor. 15. 30. Antares emergit.

26 30 Hor. 13. 30. media Cinguli Orionis vesperi exoritur. hor. 14. 30. Quæ in sequenti humero Orionis manè occidit. hor. 15. 30. Quæ est in præcedenti humero Orionis vesperi exoritur. hor. 15. 30. Quæ est in capite sequenti Geminorum vespertino oritur.

Chrac.

Chœac.

27 1 Hor. 14. 30. Canis matutino occidit. hor. 15. Fulgida Persei manæ occidit. Aegyptijs pluuiæ simul cum Austro. Eudoxo aëris intemperies. Dositheo significatio. Democrito turbulentus aër, & plerunq; mare.

28 2 Hor. 13. 30. Quæ in sequenti humero Orionis vesperi exoritur. hor. 14. Quæ in sequenti humero Orionis manè occidit. hor. 14. 30. Fulgens Coronæ boreæ vesperi occidit.

29 3 Hor. 13. 30. Quæ in sequenti humero Orionis mane occidit. hor 15. quæ in præcedenti humero Orionis vesperi exoritur.

30 4 Hor. 13. Splendida Lyræ matutino exoritur. hor. 14. Quæ in præcedenti humero Orionis vesperi oritur. Aegyptijs Fauonius vel Auster. diebus quatuor pluit. Cononi hyemat.

Decēber 1 5 Hor. 13. 30. Capra matutino occidit. hor. 13. 30. Quæ in Capite præcedentis Geminorum vesperi exoritur. hor. 14. Canis mane occidit. hor. 15. 30. Quæ in præcedenti humero Orionis vesperi exoritur. Cæsari, Euctemoni, Eudoxo, & Callippo tempestas.

2 6 Quæ in summo Pede dextro priori Centauri emergit. hor. 14. 30. Quæ in sequenti humero Orionis vesperi exoritur. Metrodoro hyemalis mutatio. Euctemoni, Philippo, & Callippo inconstātes venti ac intemperati.

3 7 Cōmunis Fluuij ac Pedis Orionis vespertino oritur. Quæ in Capite sequentis Geminorū vesperi exoritur. hor. 14. 30: Media Cinguli Orionis matutino oritur. hor. 15. splendidā Auis mane oritur. Aegyptijs lenis imber. Cęsari, & Cononi hyemat.

4 8 Hor. 15. Quæ in sequenti humero Orionis vesperi oritur. hor. 15. 30. Fulgida Persei mane occidit. Aegyptijs modicè pluit. Cæsari, Euctemoni,

ni, & Eudoxo tempeſtas.

5 9 Hor. 13. 30. Canis manè occidit. Hor. 14. Capra mane occidit, & quæ in Capite ſequentis Geminorum veſperi exoritur. Hor. 14. extrema Fluuij veſperi exoritur. Aegyptijs, Doſitheo, & Democrito tempeſtas.

6 10 Fulgens Coronæ boreæ veſperi occidit. Hor. 15. Media Cinguli Orionis veſperi exoritur. Aegyptijs Africus vel Auſter. Eudoxo, & Doſitheo hyemalis aër.

7 11 Hor. 13. 30. Quæ in Capite ſeqnentis Geminorum veſperi exoritur. Hipparcho multus Aquilo, & ingens Eudoxo imber.

8 12 Hor. 14. 30. Quæ communis Fluuij & Pedis Orionis veſperi exoritur. Cæſari dies humida & auſtrina. Euctemoni, Eudoxo, & Callippo hyemalis cum imbre aër.

9 13 Hor. 13. 30. Media Cinguli Orionis veſperi exoritur. Cęſari auſtrina dies & humida. Euctemoni, Eudoxo, & Callippo tempeſtuoſus aër & pluuius.

10 14 Hor. 14. 30. Capra manè occidit, Metrodoro, Euctemoni, & Callippo tempeſtas. Mutatio. Democrito tonitrua & fulgura, cum imbre & vẽtis.

11 15 Aegyptijs Argeſtes gelidus, vel Auſter, aut largus imber. Callippo Auſter; & ſignificatio. Eudoxo aër hyemalis.

12 16 Hor. 14. 30. Splendida Auis manè occidit. Hor. 14. 30. Communis Fluuij & Pedis Orionis veſperi exoritur. Aegyptijs hyemat.

13 17 Hipparcho ingens Auſter vel Aquilo.

14 18 Hor. 14. Quæ in dextro humero Aurigæ mane occidit. Aegyptijs imbres cum ventis. Eudoxo hyemat.

15 19 Hor. 15. 30. Quæ in extrema borea Chele duarum lucens veſperi occidit. Aegyptijs frigidus Aquilo vel Auſter, & pluuiæ fiunt.

16 20 Hor. 15. 30. Procyon mane occidit. Cæſari hyemat.

17 21 Hor. 15. 30. Quæ communis Fluuij & Pedis ſiniſtri Orionis veſperi exoritur.

18 22 Hor. 15. Procyon mane occidit. hipparcho flat Auſter.

19 23 Hor. 14. 30. Quæ in dextro humero Aurigæ matutino occidit. hor. 14. 30. Quæ in Pede dextro Centauri emergit. hor. 15. Splendida Aquilæ manè exoritur. Aegyptijs, Eudoxo, & Doſitheo Africus vel Auſter.

20 24 Procyon manè occidit, & extrema Fluuij veſperi exoritur. Eudoxo hyemalis aër.

21 25 Hor. 13. 30. Procyon veſperi exoritur. hor. 14. Procyon manè occidit. hor. 15. Splendida Aquilæ mane exoritur. Aegyptijs ſignificatio.

22 26 Hor. 14. Procyon veſperi exoritur. hor. 15. 30. Capra 48 mane occidit.

23 27 Splendida 49 Aquilæ occultatur. hor. 14. Procyon veſperi exoritur. hor. 14. 30. Splendida Aquilę mane exoritur.

24 28 Hor. 15. Quę in dextro humero Aurigę manè occidit. hor. 15. 30. Splendida Piſcis auſtralis occultatur. Aegyptijs & Cæſari tempeſtas. hipparcho & Metoni ſignificat.

25 29 Hor. 14. 30. Procyon veſperi exoritur. Aegyptijs, Cononi, Metoni, & Callippo tempeſtas. Cæſari ac Metrodoro ſignificationis intemperies.

26 30 Hor. 14. Splendida Aquilæ manè exoritur. hor 14. Splendida Aquilæ veſperi occidit. Aegyptijs Africus & aëris intemperies. Eudoxo & Metrodoro hyemalis aër. hipparcho veſperi tēpeſtas.

Tybi.

27 1 Hor. 14. Procyon veſperi exoritur. Eudoxo ſignificat. Democrito mediocris tempeſtas.

28 2 Hor. 13. 30. Quæ in Capite præcedentis Geminorū manè occidit.

29 3 Splendida Aquilę emergit. Euctemoni, Philippo, & Democrito significat.

30 4 Hor. 13. 30. Splendida Auis manè exoritur. HOR. 13. 30. Quæ in Capite præcedentis Geminorum manè occidit. HOR. 14. 30. Splendida Aquilæ vesperi occidit HOR. 15. Splendida Piscis australis occultatur. Aegyptijs mare conturbatur. Euctemoni significat.

31 5 Hor. 14. Quæ in Capite præcedentis Geminorum mane occidit. HOR. 15. Quę in sequenti Humero Aurigæ manè occidit.

[Febr]uarius 1 6 Hor. 15. 30. Quæ in Genu Sagittarij emergit. HOR. 14. Quæ in Capite sequentis Geminorũ mane occidit. HOR. 14. 30. Canis vesperi exoritur.

2 7 Hor. 15. Splẽdida Aquilę vesperi occidit. Dositheo significat.

3 8 Hor. 14. Quæ in Capite præcedentis Geminorum manè occidit. HOR. 14. 30. Quæ in Capite sequẽtis Geminorum mane occidit. HOR. 14 30. splẽdida australis Piscis occultatur. Aegyptijs varius aëris status.

4 9 Hor. 13. 30. Fulgida Lyræ vesperi occidit. Aegyptijs significat. Democrito vt plurimum flat Auster.

5 10 Hor. 15. Canis vespertino exoritur.

6 11 Hor. 15. Quę in Capite sequẽtis Geminorum manè occidit. Euctemoni, & Philippo moderata tempestas.

7 12 Hor. 14. Quæ in Genu Sagittarij emergit. HOR. 15. Quæ in Capite præcedentis Geminorum matutino occidit. Hipparcho, & Eudoxo hyemat.

8 13 Hor. 14. 30. Splendida australis Piscis occultatur. HOR. 15. extrema Fluuij vesperi exoritur. Aegyptijs Auster, vel Fauonius. in mari tempestas. Metrodoro, Euctemoni, Philippo, & Callippo Auster.

9 14 Quæ in Capite sequẽtis Geminorum manè occidit

Hor. 15. 30. Fulgens Hydræ manè occidit. Hor. 15. 30. Canis veſpere exoritur. Aegyptijs & Eudoxo ingens cum imbre Auſter.

10 15 Hor. 15. Aegyptijs & Cęſari multus Auſter & validus. ſignificat. Tonitrua in mari cũ leni imbre.

11 16 Hor. 15. ſplendida Hydræ mane occidit. Hor. 15. 30. Quæ in Capite præcedentis Geminorum manè occidit. Eudoxo, & Doſitheo Auſter cum tempeſtate. Hipparcho ventorum intemperies.

12 17 Hor. 13. 30. Splendida Piſcis auſtralis occultatur.

13 18 Hor. 14. Fulgida Lyræ veſperi occidit. Hor. 14. 30. Quæ in Genu Sagittarij emergit.

14 19 Hor. 14. 30. Splendida Hydrę mane occidit. Hipparcho Auſter vel Aquilo; hyemat.

15 20 Aegyptijs aër hyemalis.

16 21 Hor 14. 30. Splendida Hydræ mane occidit. Hor. 15 Cor Leonis veſperi exoritur. Hipparcho flat Subſolanus.

17 22 Hor. 13. 30. Cor Leonis veſperi exoritur, & Splendida Hydræ veſperi exoritur. Hor. 13. 30. Canobus veſperi exoritur. Hor. 14. Cor Leonis veſperi exoritur. Hor. 14. 30. Quæ in Pede dextro Centauri mane occidit. Hor. 15. Cor Leonis veſperi exoritur. Cæſari venti ingentes.

18 23 Hor. 13. 30. Splendida Hydræ mane occidit. Euctemoni, & Philippo tempeſtas. Metrodoro aëris inconſtantia.

19 24 Hor. 14. Splendida Hydræ veſperi exoritur. Aegyptijs pluit, vel pruina cadit. Cæſari, & Euctemoni tempeſtas.

20 25 Hor. 14. 30. Fulgida Lyræ veſperi occidit. Hor. 14. 30. Splendida Hydræ veſperi exoritur. Hor. 14. Quę in Genu Sagittarij emergit. Aegyptijs & Callippo tempeſtas cum imbre. Hipparcho flat Aquilo. Euctemoni & Democrito pluit.

21 26 Hor. 15. Splendida Hydræ veſperi exoritur. Eudo-

xo

xo mediocris tempestas.

22 27 Aegyptijs significat.

23 28 Hor. 15. Splendida hydræ vesperi exoritur. Aegyptijs pluuiosus dies. Hipparcho significatio.

24 29 Callippo & Euctemoni pluit. Democrito mediocris tempestas.

25 30 Hipparcho flat Subsolanus.

Mechyr.

26 1 Metrodoro pluuia dies. Dositheo tempestas.

27 2 Aegyptijs moderata tempestas.

28 3 Aegyptijs Africus vel Auster. Significat.

29 4 Hor. 13. 30. Splendida Auis vesperi occidit. hor. 15. Fulgida Lyre vesperi occidit. hipparcho Auster vel Argestes.

30 5

31 6 Hor. 13. 30. Cor Leonis matutino occidit. hor. 14. Canobus vesperi exoritur, & quæ in Genu Sagittarij emergit. Eudoxo imber.

Februar. 1 7 Hor. 14. Cor Leonis manè occidit. hor. 13. Cauda Leonis vesperi exoritur.

2 8 Hor. 14. 30. Cor Leonis vesperi exoritur. Aegyptijs cum grandine Auster vel Fauonius.

3 9 Hor. 15. 30. Cor Leonis matutino occidit. Eudoxo serenus aër ac tranquillus; interdum verò & Fauonius spirat.

4 10 Hor. 14. 30. Cauda Leonis vesperi exoritur. Hor. 14. Cauda Leonis vesperi exoritur.

5 11 Hor. 15. 30. Cor Leonis matutino occidit. Aegyptijs hyemalis mutatio, vel cum ventorum intemperie copiosus imber. Dositheo tranquillitas. interdum Fauonius flatus.

6 12 Hor. 14. Splendida Auis vesperi occidit. hor. 15. 30. Extrema Fluuij occultatur. hor. 15. 30. Fulgida Lyræ vesperi occidit. Aegyptijs ventosus aëris status. Cæsari pluuius dies. Democrito Fauonius spirare incipit.

7 13 Hor. 13. 30. Cauda Leonis vesperi exoritur. Aegyptijs

ptijs, ac Eudoxo Veris initium. Fauonius incipit, &interdum tempeſtas.

8 14 Aepyptijs & Eudoxo imbres. Hipparcho, Callippo, & Metrodoro Fauonius flare incipit.

9 15 Cæſari ac Metrodoro Veris initium. & Fauonius ſurgit.

10 16

11 17 Aegyptijs, ac Eudoxo Fauonius ſpirat. Hipparcho Veris principium. Callippo, ac Metrodoro tempeſtas.

12 18 Aegyptijs flat Subſolanus. Hipparcho Aquilo, vel Subſolanus

13 19 Hor. 14. Quæ in Pede dextro Centauri mane occidit. HOR. 13. 30. communis Fluuij & Andromedæ matutino exoritur.

14 20

15 21 Splendida Auis veſperi occidit. Aegyptijs venti ponunt. Hipparcho Auſter ſpirat. Euctemoni, Philippo, & Doſitheo tempeſtas.

16 22 Aegyptijs inconſtantes cum largo imbre venti.

17 23 Hor. 14. 30. Canobus veſpere exoritur.

18 24 Aegyptijs Fauonius, vel Auſter cum grandine & pluuia.

19 25 Hor. 14. 30. Extrema Fluuij occultatur. Hor. 15. Communis Equi & Andromedæ mane exoritur. Hipparcho gelidus flat Aquilo.

20 26 Aegyptijs ventoſus aëris ſtatus.

21 27

22 28 Hipparcho, & Euctemoni Ornithiæ flare incipiunt frigidi. & hirundo aduenit.

23 29 Hor. 13. Communis Equi & Andromedæ occultatur. HOR. 15. Splendida Auis veſperi occidit. Aegyptijs, Philippo, & Callippo hirundines apparent; ventoſus aëris ſtatus. Cononi Aquilones flare incipiunt egelidi; Eudoxo adueniente hirundine imbres; atq; Aquilones Ornithiæ dicti per quatriduum ſpirant.

24 30 Aegyptijs Ornithiæ Aquilonij cum Argeſte. Hipparcho Aquilones cum Argeſte. Metrodoro hirundo apparet, ac pluit. Democrito varij Halcyonei appellati dies.

Phamenoth.

25 1 Hor. 14. 30. Communis Equi & Andromedæ oritur. Cæſari, ac Doſitheo per diem totam hyemat.

26 2 Hor. 15. 30. Communis Equi & Andromedæ occultatur.

27 3 Hor. 15. Splendida Perſei matutino exoritur.

28 4 Hor. 14. 30. Cōmunis Equi & Andromedæ occidit.

[M]artius. 1 5 Hor. 14. 30. Communis Equi & Andromedæ emergit. Hor. 15. Arcturus veſpertino exoritur. Hipparcho Aquilo, vel frigidus ſpirat Auſter.

2 6 Hor. 14. Extrema Fluuij occultatur. Aegyptijs Africus & cum grandine Auſter. Hipparcho frigidus ſpirat Aquilo.

3 7 Hor. 15. Cōmunis Equi & Andromedæ veſperi occidit. Hor. 15. Splendida Auis veſperi occidit.

4 8 Hor. 14. 30. Arcturus veſpere exoritur. Euctemoni frigidus ſpirat Aquilo.

5 9 Hor. 15. 30. Fulgida Coronæ boreæ veſperi exoritur. Hor. 15. 30. Communis Equi & Andromedæ veſperi occidit. Aegyptijs hyemat. Cæſari, Chelidonij flatus diebus decem ſpirant.

6 10 Hor. 13. 30. Communis Equi & Andromedæ veſperi occidit. Aegyptijs hyemat. Cæſari Chelidonij flatus.

7 11 Hor. 13. 30. Cōmunis Equi & Andromedæ emergit. Hor. 13. 30. Quæ in Pede dextro Centauri matutino occidit. Aegyptijs turbulentus aëris ſtatus. Democrito venti frigidi. Ornithiæ diebus nouem.

8 12 Hor. 14. Arcturus veſperi exoritur. Eudoxo hirundo & Miluus apparent, ac pluit. Metrodoro, Euctemoni, & Philippo frigidus Aquilo ſpirat. Hipparcho Veris principium.

9 13 Cauda Leonis manè occidit. Aegyptijs modicè pluit. Metrodoro ac Euctemoni flat Aquilo. Doſitheo Miluus aduenit. Hipparcho ingens Auſter.

10 14 Hor. 15. Fulgida Coronæ boreæ veſperi exoritur. Aegyptijs & Callippo frigidus ſpirat Aquilo.

11 15 Hor. 13. 30. Arcturus matutino exoritur.

12 16 Hor. 13. 30. Extrema Fluuij occultatur. Callippo Aquilo moderatus ſpirat.

13 17 Hor. 13. 30. Spica veſperi exoritur. Hor. 13. 30. Spica veſperi exoritur. Aegyptijs venti dominantur. Euctemoni & Philippo Ornithiæ flare incipiunt, ac Miluus apparet.

14 18 Hor. 14. Cauda Leonis matutino occidit. Aegyptijs Fauonius ſpirat. Euctemoni Aquilo. Doſitheo Ornithiæ incipiunt. Hipparcho Aquilo vel Argeſtes.

15 19 Aegyptijs & Euctemoni gelidus flat Aquilo.

16 20 Hor. 14. Splendida auſtralis Piſcis emergit.

17 21 Fulgida Coronæ boreæ veſperi exoritur. Hor. 14. 30. Splendida Perſei oritur. Callippo flat Aquilo, & Miluus apparet.

18 22 Aegyptijs ac Democrito cum frigido flatu tempeſtas.

19 23 Aegyptijs venti frigidi. Vernum Aequinoctium. Hipparcho Aquilo ſpirat.

20 24 Cæſari Miluus apparet, & Aquilo ſpirat.

21 25 Hor. 14. 30. Cauda Leonis matutino occidit. Eudoxo Miluus aduenit, & Aquilo ſpirat.

22 26 Vernum Aequinoctium. Hor. 14. Fulgida Coronę boreæ veſperi exoritur.

23 27 Cæſari Aquilo flat. Hipparcho pluuius dies.

24 28 Aegyptijs tonitrua; ſignificatio. Philippo, Callippo & Euctemoni pluuia, aut lenis imber. Hipparcho ſignificatio.

25 29 Capra matutino exoritur. Aegyptijs, Cononi ac Metoni Aequinoctium. Eudoxo flat Aquilo.

26 30 Hor 13. 30. Spica mane occidit. Aegyptijs Arge-

ſtes

ftes ſpirat; & Callippo imber vel nimbus.

Pharmuthi.

27 1 Spica mane occidit. Metoni, Callippo, & Eudoxo imber. Euctemoni, ac Democrito ſignificat.

28 2 Hor. 13. 30. Fulgida Coronæ boreæ veſperi exoritur. Hor. 14. 30. Spica mane occidit. Hor. 14. 30. Canobus occultatur. Hor. 15. Cauda Leonis mane occidit. Doſitheo, ac Metoni imber.

29 3 Hor. 14. Splendida Piſcis auſtralis emergit.

30 4 Hor. 15. 30. Quæ in extrema borea Chele duarum lucens veſpere exoritur. Aegyptijs & Cononi pluit. Eudoxo imbres triduani.

31 5 Hor. 15. 30. Spica mane occidit.

Aprilis. 1 6 Hor. 13. 30. Quæ in extrema auſtrina Chele duarũ lucens veſperi exoritur.

2 7 Hor. 15. Spica manè occidit.

3 8 Hor. 14. 30. Quæ in extrema borea Chele duarum lucens veſperi exoritur. Aegyptijs Fauonius grandinem affert.

4 9 Hor. 14. Quæ in extrema borea Chele duarum lucens veſperi exoritur. Aegyptijs grando & Fauonius.

5 10 Hor. 14. Quæ in extrema borea Chele duarum lucens veſperi exoritur. Hor. 15. Fulgida Lyrę veſperi exoritur. Hipparcho Auſter ventorumq; procella.

6 11 Hor. 13. 30. Quæ in extrema borea Chele duarum lucens veſpere exoritur. Hipparcho, & Doſitheo ſignificat.

7 12 Hor. 15. 30. Cauda Leonis matutino occidit.

8 13 Hor. 13. Aegyptijs Auſter vel Africus. Eudoxo imber.

9 14 Hor. 13. 30. Fulgida Perſei mane exoritur. Aegyptijs ventorum intemperies.

10 15 Aegyptijs incertus aër cũ imbre & inconſtans. Euctemoni, ac Philippo ventorũ intemperies. Hipparcho pluuiæ.

11 16 Eudoxo Fauonius, atq; cũ leni imbre intemperies.
12 17 Hor 14.30. Communis Fluuij ac Pedis Orionis occultatur.
13 18 Hor. 15. Capra matutino exoritur. Hor. 15. Splendida australis Piscis exoritur. Dositheo ac Cæsari pluit.
14 19 Hor. 15. Fulgida Lyræ vesperi exoritur. Aegyptiis Leuconotus, tonitrua: molliter pluit.
15 20 Hor. 14 Canobus occultatur. Aegyptijs varij ac incerti venti. Eudoxo & Euctemoni cum grandine imbres.
16 21 Hor. 15. Communis Fluuij ac Pedis Orionis occultatur. Hor. 15. 30. Fulgens Hyadum occultatur. Metrodoro & Callippo grando. Euctemoni, ac Philippo Fauonius.
17 22 Hor. 13. 30. Fulgida Persei vesperi occidit. Aegyptijs & Cononi grando, vel Fauonius. Cæsari ac Eudoxo pluuiæ.
18 23 Hor. 15. Fulgens Hyadum occultatur. Aegyptijs lenis cum vento imber.
19 24 Hor. 14. 30. Communis Fluuij ac Pedis Orionis occultatur. Hor. 15. Media Cinguli Orionis occultatur.
20 25 Aegyptiis Africus vel cum Argeste Auster; atq; varius aëris status.
21 26 Hor. 14. Fulgida Persei vesperi occidit. Hor. 14. Fulgens Hyadum occultatur. Hor. 15. Splendida Auis vesperi exoritur. Hor. 15. 30. Quæ in præcedenti Humero Orionis occultatur: Hipparcho Auster, & Septentrio frigidus.
22 27 Hor. 13. 30. Fulgens Hyadum occultatur. Hor. 13. 30. Quæ in extrema austrina Chele duarum lucens matutino occidit. Hor. 15. Media Cinguli Orionis occultatur. Aegyptiis & Cęsari tempestas. Eudoxo imber.
23 28 Hor. 14. Communis Fluuii ac Pedis Orionis occultatur. Hor. 14. 30. Fulgida Lyræ vesperi exoritur

tur. Aegyptiis Africus vel Auster, seu pluuiæ.

24 29 Hor. 14. Quæ in extrema austrina Chele duarũ lucẽs matutino occidit. Hor. 15. Quæ in præcedẽti humero Orionis occultatur. Aegyptiis Africus, vel cum imbre Auster. Metrodoro & Callippo interdum grando. Democrito pluit.

25 30 Aegyptijs & Eudoxo rorat, mox pluit.

Pachon.

26 1 Hor. 14. 30. Fulgida Persei vesperi exoritur. Hor. 14. 30. Media Cinguli Orionis occultatur. Hor. 14. 30. Media Cinguli Orionis occidit. Aegyptijs Argestes vel Fauonius, pluit. Euctemoni & Philippo imber vel grando.

27 2 Hor. 14. Capra matutino exoritur. Hor. 14. 30. Quę in precedẽti humero Orionis occultatur. Aegyptijs ventosus dies. Metrodoro & Callippo austrinus.

28 3 Hor. 13. 30. Communis Fluuij ac Pedis Orionis occultatur. Hor. 13. 30. Antares vesperi exoritur. Hor. 15. Canis occultatur. Aegyptijs venti. Eudoxo pluuiæ.

29 4 Hor. 14. Quæ in præcedenti humero Orionis occultatur. Hor. 14. Media Cinguli Orionis & Antares vesperi exoritur. Hor. 14. 30. Aegyptijs tranquillitas; seu austrina dies vel pluuia. Cæsari tempestas.

30 5 Hor. 13. 30. Canobus occultatur. Hor. 15. Quæ in extrema austrina Chele duarum lucens matutino occidit. Aegyptijs pluit. Euctemoni ac Philippo tranquillum cum leni imbre Cęlum.

Maius. 1 6 Hor. 13. 30. Quæ in dextro Pede Centauri vesperi exoritur. Hor. 15. Fulgida Persei vesperi occidit. Hor. 15. 30. Quæ in sequenti humero Orionis occultatur. Aegyptijs molliter pluit.

2 7 Hor. 14. Fulgida Lyræ vespere oritur. Hor. 15. Quę in seqnenti humero Orionis occultatur.

3 8 Hor. 15. 30. Quæ in extrema austrina Chele duarũ

lucens mane occidit. Aegyptijs Argestes cum leni imbre, vel cum tonitruis Auster.

4 9 Hor 14.30.Capra matutino occidit. Hor.15.Splendida australis Piscis emergit. Aegyptijs molliter pluit. Eudoxo imbres.

5 10 Hor. 13. 30. Quæ in extrema borea Chele duarum lucens matutino occidit. Dositheo dies pluuia.

6 11 Hor. 14. 30. Quæ in sequenti humero Orionis occultatur. Aegyptijs venti præualent.

7 12 Hor. 13. Capra matutino exoritur. Hor. 14. 30. Canis occultatur. Hor. 15. 30. Fulgida Persei vesperi occidit. Aegyptijs venti dominantur.

8 13 Aegyptijs Fauonius, Argestes, & pluuia dies. Eudoxo & Dositheo pluuiæ.

9 14 Quæ in sequenti humero Orionis occultatur. Hor. 14. 30. Quæ in extrema borea Chele duarum lucens mane occidit. Aegyptijs imbres copiosi cadunt.

10 15 Aegyptijs Pluuiæ. Aestatis initium. Euctemoni ac Philippo significat.

11 16 Hor. 13. 30. Arcturus manè occidit. Hor. 13. 30. Quæ in sequenti humero Orionis occultatur. Dositheo pluuiæ.

12 17 Hor. 13.30. Capra vesperi occidit. Hor.13.30.Quæ in sequenti humero Orionis occultatur. Hor. 14. Quæ in dextro Pede Centauri vesperi exoritur.Aegyptijs Fauonius,vel Argestes.Cæsari imber. Metrodoro, Eudoxo, & Hipparcho pluit, Aestatis principium.

13 18 Hor. 13. 30. Antares mane occidit.

14 19 Hor. 14. 30. Fulgida Auis vesperi exoritur.

15 20 Hor.15. Quæ in sequenti humero Aurigæ manè exoritur. Aegyptijs Fauonius,vel Africus. Significatio. Eudoxo & Cononi pluuius dies.

16 21 Antares mane occidit. Aegyptijs Eudoxo & Callippo significat.

17 22 Hor. 14. Capra vesperi occidit, Hor. 15. Antares matuti-

matutino occidit. Cæſari ſignificatio.

18 23 Hor. 15. 30. Antares mane occidit. Cæſari ſignificatio.

19 24 Aegyptijs Auſter vel Subſolanus. Eudoxo dies pluuius. Hipparcho Auſter vel Septentrio.

20 25 Hor. 13. Quæ in ſequenti humero Aurigę occultatur. Hor. 13. Quę in extrema borea Chele duarum lucens matutino occidit.

21 26 Hor. 14. Arcturus manè occidit. Aegyptijs Argeſtes vel Fauonius. Doſitheo Auſter. Cæſari hyemat.

22 27 Hor. 15. Splendida Aquilæ veſperi exoritur. Hor. 15. 30. Procyon occultatur.

23 28 Hor. 14. Quæ in ſequenti humero Aurigæ veſperi occidit.

24 29 Hor. 15. 30. Quæ in Genu Sagittarij mane occidit. Aegyptijs ventoſus aëris ſtatus. Euctemoni & Philippo ſignificatio.

25 30 Hor. 14. Fulgida Auis veſperi exoritur. Euctemoni, Philippo, & Hipparcho ſignificatio.

Payni.

26 1 Hor. 13. 30. Quæ in dextro humero Aurigæ emergit. Hor. 15. Quæ in dextro humero Aurigæ veſperi occidit. Hor. 15. Procyon occultatur. Hor. 15. 30. Quæ in extrema borea Chele duarum lucens matutino occidit, Aegyptijs Aquilo vehementiſsimus. Callippo & Euctemoni ſignificat.

27 2 Hor. 14. 30. Splendida Aquilæ veſperi exoritur. Aegyptijs ſignificatio. Metrodoro & Callippo auſtrina dies & humida.

28 3 Hor. 13. 30. Fulgens Hyadum emergit. Hor. 14. 30. Procyon occultatur. Aegyptijs ac Democrito pluuiæ.

29 4 Hipparcho Auſter vel Fauonius.

30 5 Hor. 14. 30. Quæ in Pede dextro Centauri veſpertino exoritur.

31 6 Hor. 15. 30. Capra veſperi occidit. Hor. 15. 30. Quę

in

in sequenti humero Aurigæ vesperi occidit. Cæsari flat Auster.

Iunius. 1 7 Hor. 14. Fulgens hyadum emergit. hor. 14. 30. Arcturus matutino occidit. Aegyptijs Fauonius. Eudoxo, & Dositheo austrina dies & humida.

2 8 Aegyptijs Argestes spirat, vel Fauonius.

3 9 Hor. 14. 30. Quæ in Genu Sagittarij mane occidit. hor. 15. 30. Splendida hydræ occultatur. Aegyptijs Argestes vel lenis imber. Democrito pluuia.

4 10 Hor. 13. 30. Fulgida Auis vesperi exoritur. hor. 13. 30. Quę in Capite sequentjs Geminorum occultatur. Cesari pluuius dies.

5 11 Hor. 13. 30. Fulgida Aquilæ vesperi exoritur. hor. 15. Quæ in Capite sequentis Geminorum occultatur. Aegyptijs molliter pluit. Cæsari tonitrua & imbres.

6 12 Hor. 13. 30. Quæ in Capite sequentis Geminorum occultatur. hor. 14. Quæ in Capite præcedentis Geminorum occultatur. hor. 14. Quæ in Genu Sagittarij mane occidit.

7 13 Hor. 14. 30. Quæ in Capite præcedentis Geminorum occultatur. hor. 14. 30. Quæ in Capite sequentis Geminorum occultatur. hor. 14. 30. Fulgens hyadum emergit. hor. 15. Quæ in Capite præcedentis Geminorum occultatur.

8 14 Hor. 13. 30. Quæ in Capite sequentis Geminorum occultatur.

9 15 Hor 13. 30. Quæ in Genu Sagittarij vesperi exoritur. hor. 13. 30. Quæ in Genu Sagittarij manè occidit. hor. 15. Fulgida hydræ occultatur. Aegiptijs Fauonius vel cum tonitruis Argestes.

10 16 Fulgida Coronæ boreæ matutino occidit. hor. 15. Fulgens hyadum emergit.

11 17 Aegyptijs per diem totam molliter pluit.

12 18 Hor. 14. Quæ in Genu Sagittarij vesperi exoritur. hor. 15. Arcturus mane occidit.

13 19 Aegyptijs Fauonius; vel cum leni imbre Argestes.

14 20

14 20 Hor. 14. 30. Fulgida Hydræ occultatur. Hor. 14. 30. Quæ in Genu Sagittarij veſperi exoritur.
15 21 Hor. 13. 30. Fulgēs Hyadū emergit. Quæ in præcedēti Humero Orionis emergit. Aegyptijs rorat.
16 22 Hor. 15. 30 Fulgens Hyadum emergit.
17 23 Aegyptijs æſtus. Doſitheo ſignificatio.
18 24 Hor. 15. Quæ in Genu Sagittarij veſperi exoritur. Aegyptijs Fauonius, vel cum ingenti calore Auſter.
19 25 Hor. 14. Quæ in præcedenti Humero Orionis emergit. Hor. 14. 30. Fulgens Hyadum occultatur. Aegyptijs pluit.
20 26 Aegyptijs Fauonius, humidus dies, tonitrua.
21 27 Hor. 13. 30. Quę in ſequenti Humero Orionis emergit. Hor. 14. Fulgida Coronæ boreæ mane occidit. Hor. 14. 30. Quæ in dextro Pede Centauri occultatur.
22 28 Hor. 13. 30. Communis Fluuij & Pedis Orionis emergit. Democrito ſignificat.
23 29 Hor. 15. 30. Quæ in Genu Sagittarij veſperi exoritur. Hipparcho Fauonius flat vel Auſter.
24 30 Hor. 13. 30. Fulgida Hydræ occultatur. Hor. 14. 30. Quę in præcedenti Humero Orionis emergit. Hor. 15. 30. Arcturus mane occidit.

Epephy.

25 1 Aeſtiuum Solſtitium. Hor. 13. 30. Quæ in ſequenti Humero Orionis emergit. Aegyptijs Fauonius caloresq; vehementes.
26 2 Hor. 15. 30. Fulgida Perſei veſperi exoritur.
27 3 Fulgida Perſei veſperi oritur. Aegyptijs ac Democrito Fauonius ſpirat.
28 4 Callippo ac Doſitheo ſignificatio. Democrito Auſter & pluuiæ; mox Aquilones prodromi diebus nouem.
29 5 Hor. 14. Communis Fluuij ac Pedis Orionis emergit. Hor. 15. Quæ in præcedenti Humero Orionis emergit. Eudoxo pluit.

30 6 Hor. 13. 30. Quæ in Capite præcedentis Geminorum emergit. hor. 14. Media Cinguli Orionis emergit. hor. 14. Quæ in Capite præcedentis Geminorum emergit. Aegyptijs ventus; aërisq; intemperies.

Iulius. 1 7 Hor. 14. 30. Fulgida Coronæ boreę manè occidit.

2 8 Hor. 15. Quæ in Capite præcedentis Geminorum emergit. hor. 15. 30. Communis Equi & Andromedæ vesperi exoritur.

3 9 Hor. 13. 30. Quæ in Capite præcedentis Geminorum emergit. Aegyptijs & Cæsari Auster, atq; æstus.

4 10 Quæ in sequenti humero Orionis emergit. hor. 15. 30. Cor Leonis occultatur. Argestes ac pluuius dies.

5 11 Hor. 14. 30. Media Cinguli Orionis emergit. hor. 15. 30. Quæ in præcedenti humero Orionis emergit. Aegyptijs Fauonius; vel cum tonitruis Argestes. Metrodoro Argestes. Callippo Auster. hipparcho Auster, vel Fauonius.

6 12 Hor. 15. 30. Quæ in Capite sequentis Geminorum emergit hor. 14. 30. Communis Fluuij ac Pedis Orionis emergit. Fauonius, Argestes, atq; æstus.

7 13 Hor. 15. Cor Leonis occultatur. Aegyptijs significat.

8 14 Quæ in Capite sequentis Geminorum emergit. Metrodoro dies humida & austrina.

9 15 Hor. 15. Quæ in sequenti humero Orionis emergit. Aegyptijs Argestes & Fauonius. Eudemoni ac Philippo humidus dies; Prodromiq; incipiunt.

10 16 Hor. 14. 30. Cor Leonis occultatur. Aegyptijs significat molestus aër.

11 17 Hor. 15. Communis Equi & Andromedæ vesperi exoritur. hor. 15. Media Cinguli Orionis emergit. hor. 15. 30. Quæ in Capite sequentis Geminorum

norum emergit.
12 18 Hor. 14. Cor Leonis occultatur. Hor. 15. Fulgida Coronæ boreæ mane occidit. Hor. 15. Communis Fluuij ac Pedis Orionis emergit. Aegyptijs Prodromi flant. Metrodoro Fauonius vel Argestes.
13 19 Hor. 13. 30. Procyon emergit. Hipparcho venti intemperati.
14 20 Aegyptijs æstus. Cæsari flatus ingens. Hipparcho Aquilo flare incipit.
15 21 Hor. 13. 30. Cor Leonis occultatur.
16 22 Hor. 15. 30. Canis emergit. Hor. 14. Procyon emergit. Hor. 14. 30. Extrema Fluuij emergit. Aegyptijs ventus vehemens, ac dies interdum pluuia. Metrodoro imbres ac si venti ingentes superne repenteq; euerberantes.
17 23 Hor. 15. 30. Media Cinguli Orionis emergit. Aegyptijs ac Dositheo humidus dies; & calor ingens.
18 24 Hor. 14. 30. Procyon emergit. Hor. 15. 30. Communis Fluuij ac Pedis Orionis emergit. Hipparcho Etesiæ flare incipiunt:
19 25 Aegyptijs Fauonius, Argestes; æstus.
20 26 Hor. 14. 30. Communis Equi & Andromedę vesperi exoritur. Hor. 15. Procyon emergit. Aegyptijs Argestes vel Fauonius.
21 27 Hor. 13. 30. Fulgida Aquilæ manè occidit. Hor. 15. 30. splendida Piscis austrini matutino occidit. Metrodoro, Euctemoni, ac Philipdo si Etesiæ spirant. Oporæq; principium. Cæsari flant Prodromi.
22 28 Hor. 14. Canis emergit. Hor. 15. 30. Fulgida Coronæ boreæ manè occidit. Hor. 15. 30. Procyon emergit. Aegyptijs Fauonius per diem totam spirat. Philippo molestus aër. flant Prodromi.
23 29 Hor. 14. Quæ in dextro Pede Centauri occultatur. Aegyptiis Etesiæ spirare incipiunt. Metrodoro

& Callippo ventoſus aëris ſtatus. Euctemoni in mari tempeſtas.

24 30 Eudoxo Eteſiæ ſpirant. Metrodoro & Callippo venti præualent.

Meſori.

25 1 Aegyptijs Fauonius, vel Auſter. Eudoxo & Cæſari Auſter.

26 2 Hor. 14. Splendida Aquilæ manè occidit Metrodoro & Callippo. Hor. 15. Fulgida Piſcis auſtrini matutino occidit. Cononi, Democrito, & Hipparcho Auſter ac æſtus.

27 3 Euctemoni & Doſitheo dies auſtrina, & ſuffocans, intolerabiliſq; calor.

28 4 Hor. 14. 30. Fulgida Lyræ manè occidit.

29 5 Hor. 14. Communis Equi & Andromedæ veſperi exoritur. Aegyptijs æſtus. Eudoxo dies humida & auſtrina; Oporæq; principium. Doſitheo Eteſiæ incipiunt.

30 6 Hor. 14. Fulgida Aquilæ manè occidit. Aegyptijs Argeſtes vel Fauonius, & ingens calor. Eudoxo Eteſiæ ſpirant.

31 7 Cæſari flat Auſter.

Auguſtus. 1 8 Hipparcho æſtus.

2 9 Hor. 14. 30. Fulgida Aquilæ mane occidit. Canis emergit.

3 10 Hor. 15. 30. Capra veſperi exoritur; & fulgida Aquilæ matutino occidit. Cæſari ſignificatio. Eudoxo & Doſitheo dies humidus.

4 11 Hor. 14. Fulgida Perſei veſperi exoritur. Extrema Fluuij emergit. Eudoxo æſtus ingens.

5 12 Hor. 13. Splendida Piſcis auſtrini manè occidit. Aegyptijs æſtus. Doſitheo calor intolerabilis, & mox Eteſiæ.

6 13 Hor. 13. 30. Communis Equi & Andromedæ veſperi exoritur.

7 14 Hor. 14. 30. Fulgida Lyræ manè occidit.

8 15 Canis exoritur. Aegyptijs Argeſtes; atq; magnus ſuffo-

ſuffocanſq; æſtus.

9 16 Aegyptijs Argeſtes vel Auſter: nebuloſuſq; aër.

10 17 Aegyptijs calor vehemens & ſuffocans.

11 18 Hor. 13. Cor Leonis emergit. Aegyptijs tonitrua. Eudoxo maximus ventus. Hipparcho turbulenti flatus.

12 19 Autumni initium. ac Splendida auſtrini Piſcis veſperi exoritur. & Cor Leonis emergit. Aegyptiis ęſtus.

13 20 Hor 15. Cor Leonis emergit. Cæſari pluit.

14 21 Cæſari calor cum imbre ſuffocans.

15 22 Hor. 13. 30. Cauda Leonis occultatur, & fulgens Hydræ emergit.

16 23 Hor. 13. 30. Quę in dextro Pede Centauri occultatur; & Cauda Leonis occultatur. Cęſari ss periſtaſis.

17 24 Hor. 14.30. Fulgida Hydrę emergit. Eudoxo pluit.

18 25 Hor. 15. 30. Cauda Leonis occultatur.

19 26 Hor. 13. 30. Fulgida Piſcis auſtrini veſpertino exoritur. Aegyptijs Auſter, vel Fauonius. Democrito cum imbre & ventis ss significat.

20 27 Hor. 14. Fulgida Hydrę emergit. Aegyptijs æſtus; & nebuloſus dies.

21 28 Hor. 14. 30. Fulgida Perſei veſperi exoritur.

22 29 Fulgida Hydræ emergit. Aegyptijs ac Cæſari ſignificat. moleſtus aër. Eudoxo tonitrua eſſe conſueuere.

23 30 Hor. 15.30. Quę in ſequenti Humero Aurigę veſperi exoritur. Aegyptijs Fauonius vel Argeſtes.

Dies qui ſuperſunt ſeu intercalares.

24 1 Hor. 15. 30. Fulgida Lyræ matutino occidit. ſplendida Hydræ emergit. Eudoxo & Metrodoro ſignificat.

25 2 Hor. 14 30. Canobus emergit. Fulgida auſtrini Piſcis veſperi exoritur. Aegyptijs æſtus. Eudoxo & Cæſari ſignificat. Hipparcho Auſter; & ponunt Eteſiæ.

26 3 Hor. 13. 30. Spica occultatur. Hor. 15. 30. Cauda Leonis emergit. Hipparcho ventorum concursus.

27 4 Hor. 14. Cauda Leonis emergit. Callippo significat.

28 5 Hor. 15. 30. Fulgida Auis manè occidit. Aegyptijs Fauonius, Argeſtes.

EIVSDEM PTOLEMÆI.

Breue igitur hoc deſcriptum à nobis, facilitatis gratia, apparitionum compendium, huiuſmodi ordinem obtinet. Cæterum incongruum non erit, inerrantia in collectis apparitionibus ſydera ſummatim recenſere; vt ſi prætermiſſum aliquod fuerit, facile cognoſcere, & ſi quis error in ſcribendo contigerit, eum corrigere valeamus. Quin etiam præclariſſimorum Virorũ regiones, in quibus ipſi haſce apparitiones obſeruarunt, ſubijcere operepretium erit; vt [56] locis, quæ circa eiuſdem ſunt paralellum, ſimiles ferè, iam præfinitis habitationibus, obſeruationes aptemus.

[57] Stellæ primæ magnitudinis.

Sunt autem ſtellæ primæ magnitudinis numero quindecim. Capra; Fulgida Lyræ; Arcturus; Cauda Leonis; Fulgens Hyadum; Procyon; Quę in ſequenti Humero Orionis; Spica; Communis Fluuij & Pedis Orionis; Canis; ſplendida Piſcis

austri-

auſtrini; Extrema Fluuij; Canobus. Quæ in dextro pede Centauri; Cor leonis.

[58] Stellæ ſecundæ magnitudinis.


Reliquæ ſecundæ magnitudinis. Fulgida Perſei; Quæ in ſequenti Humero Aurigę; Fulgida Auis; fulgens Coronę boreæ; quę in Capite pręcedētis Geminorum; Quæ in Capite ſequentis Geminorum; Communis Equi & Andromedæ; Fulgida Aquilæ; Quæ in præcedenti Humero Orionis; Splendida Hydræ. Quæ in extrema borea Chele duarū lucens; media Cinguli Orionis; Quæ in extrema auſtrina Chele duarum lucens; Antares; Quæ in Genu Sagittarij. Harum autē ſtellarū vnaqueq; in quibus paralellis oritur, ac occidit, [59] quatuor in anno facit apparitiones; quāquā contingit [60] Canobū; & eā, quę in ſummo Pede dextro Centauri eſt, ex quinq; poſitis paralellis; in tribus prioribus tantū ortus efficere & occaſus: extremā vero Fluuij ſplendidā in quatuor tantum primis; reliquas autem ſtellas viginti ſeptem in omnibus quinq; paralellis. vt iam [61] apparitionum omnium numerus eſſe colligatur 580. harumq; ſignificationes notaui, ac in ordinem retuli ſecundum Aegyptios, Doſitheum, Philippum, Callippum, Euctemonem, Metonem, Cononem, Metrodorum, Eudo-

xum,

xum, Cæsarem, Democritum, & Hipparchum; horumq; Aegyptij obseruarunt apud nos: Dositheus in Co. Philippus in Peloponesso, Locride & Phocide. Callippus in Hellesponto. Meton & Euctemon Athenis; Cicladibus & in Macedonia, Thraciaq;. Conon, ac Metrodorus in Italia, ac Sicilia: Eudoxus in Asia, Sicilia, Italiaq;, Hipparchus in Bithinia. Democritus in Macedonia & Thracia. quamobrem potissimum aliquis aptare poterit Aegyptiorum significationes regionibus illis, quæ eodē paralello subiacent; nimirum vbi maximus dies horarum est quatuordecim. Dosithei vero, ac Philippi significationes, vbi maximus dies horarum est quatuordecim cum semisse. Democriti, Cæsaris & Hipparchi, vbi maxímus dies æquinoctialium horarum est quindecim. Callippi demum Euctemonis, Metrodori & Cononis; communiter ab eo paralello, in quo dies maximus æquinoctialium horarum est quatuordecim cum semisse, ad illum vsq;, in quo diei magnitudo ad horas 15. extenditur.

FINIS.

COLVMELLA DE INERRANTIVM SYDERVM SIGNIFI- CATIONIBVS.



IANVARIVS.

1	Cal.	Ian.	Dies incertus.
3	iij.	Non. Ian.	Cancer occidit, tempestas varia.
4	Prid.	Non. Ian.	Media hyems, Auster multus, interdum pluuia.
5	Non.	Ian.	Fidis exoritur mane; tempestas varia.
8	vi.	Id. Ian.	Auster, interdum Fauonius.
12	Prid.	Id. Ian.	Incertus status Cœli.
13	Idib.	Ian.	Ventosa tempestas &, incertus status.
15	xviij.	Cal. Feb.	Tempestas incerta.
16	xvij.	Cal. Feb.	Sol in Aquarium transit. Leo mane incipit occidere. Africus, interdum Auster cum pluuia.
17	xvi.	Cal. Feb.	Cancer desinit occidere, hyemat.
18	xv.	Cal. Feb.	Aquarius incipit oriri, ventus Africus tempestatem significat.
22	xi.	Cal. Feb.	Fidicula vespere occidit. dies pluuius.
24	ix.	Cal. Feb.	Ex occasu pristini syderis significat tempestatem; interdum etiam tempestas.
27	vi.	Cal. Feb.	Leonis quæ est in pectore clara stella occidit; nonnunquam significatur hyems bipartita.
28	v.	Cal. Feb.	Auster, aut Africus hyemat, pluuius dies.
30	iij.	Cal. Feb.	Delphinus incipit occidere. Item Fidicula

dicula occidit.

31 Prid. Cal. Feb. Eorum, quæ ſupra ſunt ſyderum occaſus tempeſtatem facit: interdum tantummodo ſignificat.

FEBRVARIVS.

1 Cal. Feb. Fidis incipit occidere. vẽtus Eurinus, & interdum Auſter cum grandine eſt.

3 iij. Non. Feb. Fidis tota, & Leo medius occidit. Corus aut Septentrio; nonnunquam Fauonius.

5 Non. Feb. Mediæ partes Aquarij oriuntur. ventoſa tempeſtas.

7 vii. Id. Feb. Caliſto ſydus occidit. Fauonij ſpirare incipiunt.

8 vi. Id. Feb. Ventoſa tempeſtas.

11 iij. Id. Feb. Eurus.

13 Idib. Feb. Sagittarius veſpere occidit; vehementer hyemat.

14 xvi. Cal. Mart. Veſpere Crater oritur. Venti mutatio.

15 xv. Cal. Mart. Sol in Piſces tranſitum facit. nonnunquam ventoſa tempeſtas.

17 xiij. Cal. Mart. Fauonius, vel Auſter cum grandine & nimbis.

18 xii. Cal. Mart. Idem quod ſupra.

20 x. Cal. Mart. Leo deſinit occidere. Venti Septentrionales, qui vocantur Ornithiæ per dies triginta eſſe ſolent, tum & hirundo aduenit.

21 ix. Cal. Mart. Arcturus prima nocte oritur. Frigidus dies Aquilone vel Coro; interdum pluuia.

22 viij. Cal. Mart. Sagitta crepuſculo incipit oriri. variæ tempeſtates. Halcyonei dies vocantur. in Atlantico quidem mari ſumma tranquillitas notata eſt.

23 vii. Cal. Mart. Ventosa tempestas: hirundo conspicitur.

MARTIVS.

1 Cal. Mart. Africus interdum cum grandine.
2 vi. Non.Mart. Vindemiator apparet. quem Græci τρυγητῆρα dicunt; septentrionalès venti.
4 iiij. Non.Mart. Fauonius interdum Auster, hyemat.
7 Non.Mart. Equus manè oritur, flatus Aquilonius.
13 iij. Id. Mart. Piscis Aquilonius desinit oriri: septentrionales venti.
14 Prid. Id. Mart. Argonauis exoritur. Fauonius, aut Auster, interdum Aquilo.
15 Idib.Mart. Nepa incipit occidere, significat tempestatem.
16 xvii. Cal. April. Nepa occidit, hyemat.
17 xvi. Cal. April. Sol in Arietem transitum facit; Fauonius vel Corus.
21 xii. Cal. April. Equus occidit mane, Septentrionales venti.
23 x. Cal. April. Auis incipit exoriri, pluuius dies, interdum ningit.
24 ix,& viij.Cal. April. & Aequinoctium Vernum tempestatem significat.

APRILIS.

1 Cal. April. Nepa occidit mane: tempestatem significat.
5 Non.April. Fauonius, aut Auster cum grandine: nonnunquam hoc idem pridie.
6 viij. Id. April. Vergiliæ vespere celantur; interdum hyemat.
7 vii. Id. April. Austri & Africi. tempestatē significat.
8 vi. Id. April. Idem quod supra.
9 v. Id. April. Idem quod supra.
10 iiij. Id. April. Sole oriente, Libra occidere incipit: in-

interdum tempestatem significat.

12 Prid. Id. April.		Succulæ celantur. hyemat.
13	Idib. April.	Libra occidit. hyemat.
14 xviij. Cal. April.		Ventosa tempestas, & imbres, nec hoc constanter.
17 xv.	Cal. Mai.	Sol in Taurum transitum facit; pluuiam significat.
18 xiiij.	Cal. Mai.	Succulæ se vesperi celant; pluuiam significat.
21 xi.	Cal. Mai.	Ver bipartitur. pluit, & nonnunquam grando.
22 x.	Cal. Mai.	Vergiliȩ cum sole oriuntur. Africus vel Auster, dies humidus.
23 ix.	Cal. Mai.	Prima nocte Fidicula apparet. tempestatem significat.
28 iiij.	Cal. Mai.	Auster ferè cum pluuia.
29 iij.	Cal. Mai.	Mane Capra exoritur; austrinus dies, interdum pluuiæ.
30 Prid.	Cal. Mai.	Canis se vespere cȩlat. tempestatem significat.

MAIVS.

1	Cal. Mai.	Hoc triduo sol vnã dicitur tenere particulam.
2 vi.	Non. Mai.	Succula cum sole exoritur. Septentrionales venti.
3 v.	Non. Mai.	Centaurus totus apparet, tempestatem significat.
5 iij.	Non. Mai.	Idem sydus pluuiam significat.
6 Prid.	Non. Mai.	Nepa medius occidit, tempestatem significat.
7	Non. Mai.	Vergiliæ exoriuntur manè: Fauonius.
9 vii.	Id. Mai.	Aestatis initium. Fauonius, aut Corus. interdum etiam pluuia.
10 vi.	Id. Mai.	Fauonius, aut Corus interdum pluuiȩ.
13 iij.	Id. Mai.	Fidis manè oritur; significat tempestatem.

15 Idib.

15 Idib. Mai. Fidis manè exoritur; Auſter, aut Euronotus, interdum dies humidus.
16 xvii. Cal. Iun. Idem quod ſupra.
17 xvi. Cal. Iun. Euronotus vel Auſter cum pluuia.
18 xv. Cal. Iun. Idem quod ſupra.
19 xiiij. Cal. Iun. Sol in Geminos introitum facit.
21 xii. Cal. Iun. Succulæ exoriuntur, ſeptentrionales venti: nonnunquam Auſter cum pluuia.
22 xi. Cal. Iun. Arcturus mane occidit; tempeſtatem ſignificat.
23 x. Cal. Iun. Idem quod ſupra.
25 viij Cal. Iun. Capra manè exoritur. ſeptentrionales venti.
26 vii. Cal. Iun. Idem quod ſupra.
27 vi. Cal. Iun. Idem quod ſupra.

IVNIVS.

1 Cal. Iun. Aquila exoritur. tempeſtas ventoſa & interdum pluuia.
2 iiij. Non. Iun. Idem quod ſupra.
7 vii. Id. Iun. Arcturus occidit; Fauonius aut Corus.
10 iiij. Id. Iun. Delphinus veſpere exoritur: Fauonius, interdum rorat:
13 Idib. Iun. Calor incipit.
19 xiij. Cal. Iul. Sol introitum in Cancrũ facit; tempeſtatem ſignificat.
21 xi. Cal. Iul. Anguifer, qui à Græcis dicitur οφιοῦχος manè occidit, tempeſtatem ſignificat.
24 viii
25 vii. } Cal. Iul. Solſtitium: Fauonius & calor.
26 vi.

IVLIVS.

1 Cal. Iul. Fauonius vel Auſter, & calor.
4 iiij Non. Iul. Corona occidit mane.

6	Prid.	Non.	Iul.	Cancer medius occidit. Calor.
8	viii.	Id.	Iul.	Capricornus medius occidit.
9	vii.	Id.	Iul.	Cęphcus veſperè exoritur. tempeſtatem ſignificat.
10	vi.	Id.	Iul.	Prodromi flare incipiunt:
15		Idib.	Iul.	Procyon exoritur mane. tempeſtatem ſignificat.
20	xiii.	Cal.	Aug.	Sol. in Leonem tranſitum facit. Fauonius.
24	ix.	Cal.	Aug.	Leonis in pectore clara ſtella exoritur. interdum tempeſtatem ſignificat.
25	viii.	Cal.	Aug.	Aquarius incipit occidere clarè: Fauonius vel Auſter.
26	vii.	Cal.	Aug.	Canicula apparet. Caligo æſtuoſa.
27	vi.	Cal.	Aug.	Aquila exoritur.
29	iiij.	Cal.	Aug.	Leonis in pectore clarę ſtellę exoriuntur: interdum tempeſtatem ſignificat.
30	iii.	Cal.	Aug.	Aquila occidit. ſignificat tempeſtatem.

AVGVSTVS.

1		Cal.	Aug.	Eteſiæ.
4	Prid.	Non.	Aug.	Leo medius exoritur. tempeſtatem ſignificat.
7	vii.	Id.	Aug.	Aquarius occidit medius: nebuloſus æſtus.
12	Prid.	Id.	Aug.	Fidis occidit mane, & Autumnus incipit.
13	Idib.		Aug.	Delphini occaſus tempeſtatem ſignificat.
14	xix.	Cal.	Sept.	Einſdem ſyderis matutinus occaſus tēpeſtatem ſignificat.
20	xiii.	Cal.	Sept.	Sol in Virginē tranſitum facit. Hoc & ſequenti die tempeſtatem ſignificat. interdum & tonat. Hoc eodem die

Fidis

			Fidis occidit.
23	x.	Cal. Sept.	Ex eodem ſydere tempeſtas plerunq; oritur, & pluuia.
26	vii.	Cal. Sept.	Vindemiator exoritur manè, & Arɛturus incipit occidere; interdum pluuia.
30	iii.	Cal. Sept.	Humeri Virginis exoriuntur. Eteſiæ deſinunt flare: & interdum hyemat.
31	Prid.	Cal. Sept.	Andromeda veſperi exoritur, interdũ hyemat.

SEPTEMBER.

1	Cal.	Sept.	Calor.
2	iiij.	Non. Sept.	Piſcis auſtrinus deſinit occidere. Calor.
5		Non. Sept.	Arɛturus exoritur. Fauonius vel Corus.
7	vii.	Id. Sept.	Piſcis Aquilonius deſinit occidere. & Capra exoritur. tempeſtatem ſignificat.
11	iii.	Id. Sept.	Fauonius aut Africus. media Virgo exoritur.
13	Idib.	Sept.	Ex priſtino ſydere nonnunquam tempeſtatem ſignificat.
17	xv.	Cal. Oɛ.	Arɛturus exoritur. Fauonius aut Africus. interdum Eurus, quem quidem Vulturnum appellant.
18	xiiij.	Cal. Oɛtob.	Spica Virginis exoritur. Fauonius aut Corus.
19	xiij.	Cal. Oɛ.	Sol in Libram tranſitum facit. Crater matutino tempore apparet.
21	xi.	Cal. Oɛ.	Piſces occidunt mane. item Auis occidere incipit. Fauonius, aut Corus: interdum Auſter cum imbribus.
22	x,	Cal. oɛ.	Argonauis occidit tẽpeſtatem ſignificat; interdum etiam pluuiam.

23

23 ix.	Cal. Oct.	Centaurus incipit manè oriri; tempestatem significat, interdum & pluuiam.
24 viij. 25 vii. 26 vi.	Cal. Oct.	Aequinoctium Autumnale. Pluuiam significat.
27 v.	Cal. Oct.	Hędi exoriuntur. Fauonius: nonnunquam Auster cum pluuia.
28 iiij.	Cal. Oct.	Virgo desinit oriri. tempestatem significat.

OCTOBER:

1	Cal. Oct.	Interdum tempestatem significat.
2 vi.	Non. Oct.	Idem quod supra.
4 iiij.	Non. Oct.	Corona incipit exoriri. Significat tempestatem.
6 Prid.	Non. Oct.	Hædi oriuntur vesperè. Auis medius occidit. Aquilo.
8 viij.	Id. Oct.	Coronæ clara stella exoritur.
10 vi.	Id. Oct.	Vergiliæ exoriuntur vespere. Fauonius, & interdum Africus cum pluuia.
13 iii.	Id. Oct.	Corona tota mane exoritur. Auster hybernus, & nonnunquam pluuia.
14 Prid.	Id. Oct.	Idem quod supra.
15	Idib. Oct.	Et sequenti triduo. interdum tempestas. nonnunquam rorat.
19 xiiij.	Cal. Nou.	Sol in Scorpionem transitum facit.
20 xiii.	Cal. Nou.	Solis exortu Vergilię incipiunnt occidere, tempestatem significat.
21 xij.	Cal. Nou.	Idem quod supra.
22 xi.	Cal. Nou.	Tauri Cauda occidit. Auster: interdum pluuia.
25 viij.	Cal. Nou.	Centaurus exoriri mane desinit. tempestatem significat.
26 vii.	Cal. Nou.	Nepæ frons exoritur. tempestatem significat.

28 v. Cal. Nou. Vergiliæ occidunt. hyemat cum frigore & gelicidijs.
29 iiij. Cal. Nou. Arcturus vesperè occidit. Ventosus dies.
30 iij Cal. Nou. Casʃiopè incipit occidere. tempestatem significat.
31 Prid. Cal. Nou. Idem quod supra.

NOVEMBER.

1 Cal. Nou. Et postridię Caput Tauri occidit. pluuiam significat.
3 iij. Non. Nou. Fidicula mane exoritur; hyemat & pluit.
6 viii. Id. Nou. Idem sydus totum exoritur. Auster vel Fauonius hyemat.
7 vii. Id. Nou. Stella Clara Scorpionis exoritur. significat tempestatem. hyemat, vel Vulturnus interdum rorat.
8 vi. Id. Nou. Vergiliæ manè occidunt, significat tempestatem. hyemat.
9 v. Id. Nou. Hyemis initium. Auster, aut Eurus interdum rorat.
13 Idib. Nou. Dies incertus, sæpius tamen placidus.
16 xvi. Cal. Dec. Fidis exoritur manè. Auster, interdum Aquilo magnus.
17 xv. Cal. Dec. Aquilo, interdum Auster cum pluuia.
18 xiiij. Cal. Dec. Sol in Sagittarium transitũ facit. Succulæ mane oriuntur. tempestatem significat.
20 xii. Cal. Dec. Tauri Cornua vesperi occidunt. Aquilo frigidus & pluuia.
21 xi. Cal. Dec. Succula mane occidit. hyemat.
22 x. Cal. Dec. Canicula occidit solis exortu. hyemat.
30 Prid. Cal. Dec. Totæ Succulæ occidunt. Fauonius aut Auster; interdum pluuia.

DECEMBER.


1 Cal. Dec. Dies incertus, sæpius tamen placidus.

6	viij	Id. Dec.	Sagittarius medius occidit, tempeſtatem ſignificat.
7	vii.	Id. Dec.	Aquila mane oritur. Africus, interdum Auſter, irrorat.
11	iij.	Id. Dec.	Corus vel Septẽtrio. interdum Auſter cum pluuia.
13		Idib. Dec.	Scorpio totus mane exoritur. hyemat.
17	xvi.	Cal. Ian.	Sol in Capricornum tranſitum facit. Brumale Solſtitium vt Hipparcho placet. Itaq; tempeſtatem ſignificat.
18	xv.	Cal. Ian.	Ventorum commutationem ſignificat.
23	x.	Cal. Ian.	Capra occidit manè, tempeſtatem ſignificat.
24	ix.	Cal. Ian.	Brumale Solſtitium ſicuti Chaldei obſeruant, ſignificat.
27	vi.	Cal. Ian.	Delphinus incipit oriri manè, tempeſtatem ſignificat.
29	iiij.	Cal. Ian.	Aquila veſperè occidit. hyemat.
30	iij.	Cal. Ian.	Canicula veſpere occidit, tempeſtatem ſignificat.
31	Prid.	Cal. Ian.	Tempeſtas ventoſa.

FINIS.

PLINIANA ANNI DIVISIO IN PARTES OCTO.

ATQVE INERRANTIVM SYDERVM PER EAS SIGNIFICATIONES.



CARDO temporum quadripartita anni distinctione constat per incrementa lucis; augetur hæc à Bruma, & æquatur noctibus verno Aequinoctio diebus xc. horis tribus. Deinde supra noctes ad solstitium diebus xciii. horis xii. vsq; ad Aequinoctium Autumni ; & tum æquata die procedit. ex eo ad Brumam diebus lxxxix. horis iij. horæ nunc in omni accessione æquinoctiales, non vniuscuiusq; diei significantur. omnesq; eæ differentiæ fiunt in octauis partibus signorum. Bruma Capricorni ad viij. Cal. Ianuarij ferè : Aequinoctium Vernum Arietis. Solstitium Cancri : alterumq; Aequinoctium Libræ : qui & ipsi dies raro non aliquos tempestatum significatus habent. Rursus hi cardines singulis etiamnum articulis temporum diuiduntur, per media omnes dierum spatia. Quoniam inter solstitium & Aequinoctium autumni, Fidiculæ occasus autumnum inchoat die xlij. ab Aequinoctio eo ad Brumam Vergiliarum matutinus occasus hyemem die xliij. Inter Brumam, & Aequinoctium die xlv flatus Fauonij vernum tempus. Ab Aequinoctio verno initium æstatis die xlviii. Vergiliarum exortus matutinus.

IANVARIVS.

Pars Prima Anni.

A Bruma in Fauonium Cæſari nobilia ſydera ſignificant.

3 iii. Non. Ian. Matutino Canis occidens. quo die Atticæ & finitimis regionibus, Aquila veſperi occidere traditur.
4 Prid. Non. Ian. Cæſari Delphinus matutino exoritur; & poſtero die Fidicula; quo Aegypto Sagitta veſperi occidit.
8 vi. Id. Ian. Eiuſdem Delphini veſpertino occaſu continui dies hyemant Italiæ.
17 xvi. Cal. Feb. Sol in Aquarium ſentitur tranſire. idem quod ſupra.
25 viij. Cal. Feb. Stella regia appellata Tuberoni in pectore Leonis occidit matutino.

FEBRVARIVS.

4 Prid. Non. Feb. Fidicula veſperi occidit.

Pars Secunda Anni.

8 vi. Id. Feb. Fauonius incipit.

A Fauonio in Aequinoctium vernum Cæſari ſignificat.

14 xvi. Cal. Mart. Triduum variè.
21 viij. Cal. Mart. Hirundinis viſu idem quod ſupra.
23 vii. Cal. Mart. Arcturi exortu veſpertino idem quod ſupra.

MARTIVS.

5 iij. Non. Mart. Cæſar Cancri exortu id fieri obſeruauit. Maior pars autorum Vindemia-

toris

toris emersu.

8 viij. Id. Mart. Aquilonij Piscis exortu, & postero die Orionis, idem quod supra. In Attica Miluium apparere obseruatur.

13 Id. Mart. Cæsar ferales sibi annotauit Scorpionis occasu.

18 xv. Cal. April. Italiæ Miluum ostendi.

21 xii. Cal. April. Equum occidere matutino.

Pars Tertia Anni.

25 viij. Cal. April. Aequinoctium Vernum.

Ab Aequinoctio verno ad Vergiliarum exortum matutinum Cæsari significant.

APRILIS.

1 Cal. April.

3 iij. Non. April. In Attica Vergiliæ vesperi occultantur.

4 Prid. Non. April. Vergiliæ in Bœotia vesperi occultantur.

5 Non. April. Vergiliæ Cæsari, & Caldeis vesperi occultantur. Aegypto Orion & Gladius eius incipiunt abscondi.

8 vi. Id. Apr. Cæsari significatur imber Libræ occasu.

16 xvi. Cal. Mai. Suculæ occidunt vesperi. Sydus vehemens, & terra mariq; turbidum.

17 xv. Cal. Mai. Cæsari. continuoq; triduo significat.

18 xiiij. Cal. Mai. Aegypto.

20 xij. Cal. Mai. Assyriæ.

24 viij. Cal. Mai. Cæsari notatur dies.

25 vii Cal. Mai. Aegypto Hædi exoriuntur.

26 vi. Cal. Mai. Bœotiæ & Atticæ Canis vesperi occultatur. Fidicula mane oritur.

27 v. Cal. Mai. Aſsyrię Orion totus abſconditur.
29 iii. Cal. Mai. Aſsyrię Canis abſconditur.

MAIVS.

2 vi. Non. Mai. Cæſari Suculæ matutino exoriuntur.
8 viij. Id. Mai. Capella pluuialis. Aegypto autem eodem die Canis veſperi occultatur.

Quarta Pars Anni.

10 vi. Id. Mai. Vergiliarum exortus.

A Vergiliarum exortu ſignificant Cęſari.

11 v. Id. Mai. Arcturi occaſus matutinus:
13 iij. Id. Mai. Fidiculæ exortus.
21 xii. Cal. Iun. Capella veſperi occidens. & in Attica Canis.
22 xi. Cal. Iun. Cæſari Orionis Gladius occidere incipit.

IVNIVS.

3 iij. Non. Iun. Cæſari & Aſsyrię Aquila veſperi exoritur.
6 viij. Id. Iun. Arcturus matutino occidit.
8 vi. Id. Iun. Italiæ Delphinus veſperi exoritur.
10 iiij. Id. Iun. Idem Syderis aſpectus.
15 xvii. Cal. Iul. Gladius Orionis exoritur. quod Aegypto poſt quatriduum.
21 xi. Cal. Iul. Eiuſdem Orionis Gladius Cęſari occidere incipit.

Quinta Pars Anni.

24 viij. Cal. Iul. Longiſsimus dies totius Anni; & nox breuiſsima Solſtitium conficiunt.

A Solſti-

A Solstitio ad Fidiculæ occasum.

26 vi. Cal. Iul. Cæsari Orion exoritur.

IVLIVS.

4 iiij. Non. Iul. Zona Orionis Assyriæ exoritur. Aegypto verò Procyon matutino æstuosus.
5 iij. Non. Iul. Chaldeis Corona occidit matutino. Atticæ Orion totus eo die exoritur.
14 Prid. Id. Iul. Aegyptijs Orion desinit exoriri.
16 xviij. Cal. Aug. Aegypto Aquila occidit matutino. Etesiarumq; Prodromi flatus incipiunt.
17 xvi. Cal. Aug. Assyriæ Procyon exoritur. Dein postridie ferè vbiq; cōfessum inter omnes Sydus indicans, quod Canis ortum vocamus, sole partem primam Leonis ingresso. Hoc fit post Solstitium xxiij. die. Sentiunt id maria & terrę multę vero ferę, vt suis locis diximus; neq; est minor ei veneratio, quàm descriptis in Deos stellis: accenditq; solem, & magnam æstus obtinet causam.
23 x. Cal. Aug. Cæsar sentire Italiam Prodromos existimauit. Aquila Atticæ matutino occidit.
30 iij. Cal. Aug. Regià in pectore Leonis stella matutino Cæsari immergitur.

AVGVSTVS.

6 viij. Id. Aug. Arcturus medius occidit.

Pars Sexta Anni.

11 iij. Id. Aug. Fidicula occasu suo Autumnum inchoat; vt

at, vt Cæſar adnotat; ſed vt vera ratio id fieri inuenit. vi. Id. eiuſdem.

A Fidiculæ occaſu ad Aequinoctium ſignificant.

12	Prid.	Id. Aug.	Atticæ Equus oriens veſperi. Aegypto & Cæſari Delphinus occidens.
22	xi.	Cal. Sept.	Cęſari & Aſsyrię ſtella, quę Vindemiator appellatur, exoriri mane incipit; vindemiæ maturitatem promittens. Eius argumentum erunt acini colore mutati.
27	v.	Cal. Sept.	Aſsyriæ Sagitta occidit, Eteſiæ deſinunt.

SEPTEMBER.

5		Non. Sept.	Vindemiator Aegypto exoritur. Atticæ Arcturus matutino: & Sagitta occidit mane.
9	v.	Id. Sept.	Cęſari Capella oritur veſperi.
12	Prid.	Id. Sept.	Arcturus medius oritur vehementiſsimo ſignificatu terra mariq; per dies quinq;, ratio eius hæc traditur. Si Delphino occidente imbres fuerint non futuros per Arcturum: ſignum orientis eius ſyderis ſeruetur hirundinum abitus. nanq; depręhenſę intereunt.
16	xvi.	Cal. Oct.	Aegypto Spica, quā tenet Virgo, exoritur matutino, Eteſiæq; deſinunt.
18	xiiij.	Cal. Oct.	Cæſari hoc idem.
19	xiij.	Cal. Oct.	Aſsyriæ ſignificant.
21	xi.	Cal. Oct.	Cæſari Comiſſura Piſcium occidens ſignificat.

Pars Septima Anni.

24	viii.	Cal. Oct.	Ipſum Aequinoctij ſydus ſignificat.

Ab Aequi-

Ab Aequinoctio ad Vergiliarum occaſum ſignificant.

28	iiij.	Cal.	Oct.	Capella matutino exoriens; quam hodie exoriri conſentiunt, quod eſt rarum, Philippus, Callippus, Doſitheus, Parmeniſcus; Conon, Chriton, Democritus, Eudoxus, Ion.
29	iij	Cal.	Oct.	Hędi matutino exoriuntur iiſdem conſentientibus.

OCTOBER:

2	vi.	Non.	Oct.	Atticæ Corona exoritur mane.
3	v.	Non.	Oct.	Heniochus occidit matutino.
5	iij	Non.	Oct.	Corona Cæſari exoriri incipit; & poſtridie, & Hædi veſperi.
8	viij.	Id.	Oct.	Cæſari Fulgens in Corona ſtella oritur.
13	iij.	Id.	Oct.	Vergiliæ veſperi oriuntur.
15		Idib.	Oct.	Corona tota veſperi exoritur.
27	vi.	Cal.	Nou.	Succulæ veſperi exoriuntur.
31	Prid.	Cal.	Nou.	Cæſari Arcturus occidit, & Succulæ exoriuntur cum ſole.

NOVEMBER.

2	iiij.	Non.	Nou.	Arcturus occidit veſperi.
9	v.	Id.	Nou.	Gladius Orionis occidere incipit.

Pars Octaua Anni.

11	iij.	Id.	Nou.	Vergiliæ occidunt. Hyemis initium. Ex occaſu huius Syderis de hyeme augurantur, quibus eſt cura inſidiandi negotiatoris auaritia. Nubilo occaſu pluuioſam hyemem denunciant. ſtatimq; augent Lacernarum prætia. Sereno aſperam.

A Ver-

A Vergiliarum occasu ad Brumam, quę sydera Cæsari significarent Plinius non posuit.

DECEMBER.

Pars Prima Anni.

25 viij. Cal. Ian. Solstitium brumale. Democritus talem futuram hyemem arbitrabatur, qualis fuerit brumæ dies, & circa eum terni: item Solstitio æstatem. Circa Brumam plerisq; bis septem halcyonum fętura ventorum quiete mollius Cælum.

FINIS.



ANNOTA-

ANNOTATIONES IN LIBRVM PTOLEMAEI.

DE INERRANTIVM SYDERVM SIGNIFICATIONIBVS.





NERRANTIVM stellarum) Libellum hunc inter Ptolemęi Commentarios esse recipiendum nemo est qui dubitare posit; nam & stylus, & dogmatum grauitas, quæ in eo docentur, id latissimè probant. Confectum tamen ab eo scriptumq; post magnæ constructionis opus esse reor: enimuero eo in loco Cap. 6. Lib. 8. de apparitionibus, & occultationibus Fixarum agens autor nullā de hoc opusculo facit mentionem; quin potius ab huiusmodi labore tunc
,, sibi esse supersedendum scribit his verbis. Nam cum genus
,, huiusmodi prędictionum variū multiplexq; inueniatur, non
,, solum penes regionum diuersitates & Zodiaci declinationes
,, penè innumeras; verum etiam penes stellarum multitudinē.
,, Cumq; præterea in ipsis etiam apparitionibus stellarum in-
,, tellectu difficile tum propter cernentes, tum propter aërem
,, locorum, inæquale atq; incertum primæ apparitionis atq;
,, occultationis tempus fiat: vt à nobis periculo & obserua-

,, tionum diuersitate compertum est, & ad hæc quoniam pro-
,, pter Fixarum Sphęrę progressum permanere quidem in sin-
,, gulis Climatibus coortus locationesq; simul in medio Cęli
,, atq; occasus non possunt ijdem cum his, qui modo numero-
,, rum demonstrationibus supputarentur: recusauimus impre-
,, sentiarum longum huiusmodi atq; inutile negocium: suf-
,, ficere putantes, quod vel ex his, quæ in superioribus con-
,, scripta sunt, vel ex ipsa Sphæræ conscriptione, propinque
,, quotidie possent inueniri. Cum autem pulchra hæc de inerrantium stellarum apparitionibus cõtemplatio duas habeat partes; quarum prior calculum omnino complectitur declinationum, ascensionum rectarum, obliquarum, punctorum ortus & occasus, atq; solis sub terris, distantiæ, cum ante illius ortum, tum post occasum, quam recentiores apparitionis matutinæ, occultationisq; vespertinæ interuallum vocant: posterior, apparitionum tempora, & significationes: de vtraq; commentarios Ptolemæum ædidisse satis constat. nam priorem tractatum eum confecisse, ipsemet testatur in hac prælectione, eum modo σύνταξιν vocans, modo ἀναγραφὴν in quo differentias causasq; apparitionum tradidisse, item coortus, Cęli mediationes & occasus Fixarum primæ & secundę magnitudinis, emersionum occultationũq; interualla per singula Climata scribit. posteriorem vero Libellus hic continet, cuius lectio potissimum ob tria maxime vtilis videtur; nimirum propter elegantem hanc prælectionem, in qua apparitionum natura, & vsus pulcherrimè docetur. Secundo quia facile hinc colligere possumus, qua methodo sũmus artifex Ptolemæus in venandis apparitionibus vsus sit, & quos nam arcus, vt appellant, visionum stellas primę & secundæ magnitudinis requirere censuerit. Tertio ob veterum obseruationes, quas recenset; ad perquirendas aëris mutationes nostro seculo congruẽtes in similibus stellarũ fixarum apparitionibus, dixerim penè cognitu necessarias. sed mirum profectò, Theonem in Cõmentarijs Octaui libri Magnæ constructionis, de elegantissimis hisce Ptolemæi Libellis, dum locum illum explicaret, quem attulimus, non commemorasse. Hoc etiam nõ prętereundum, opuscu-

lum

lũ huiuſmodi ad diurnas aëris mutationes iudicãdas pertinere; ſeu vt verius dixerim cũ Ptolemęo, ad mutationũ ipſarũ diurnas intẽtiones ac remiſsiones: enimuero, vt nos annot. 4. in librũ de ſignis Pluuiarũ eiuſdem Ptolemæi auctoritate oſtendimus; ſtellarum inerrantium apparitiones, ortus videlicet apparentes & occaſus diurnas aëris mutationes efficiunt. Inquit autem autor diſputationis huius initio, apparitionum differentias, differentiarumq; cauſas in alio opere, quod hunc Libellum præcedit, ab eo fuiſſe explicatas, quoniam, vt citato Octaui Magnæ conſtructionis capite docemur, apparitionum interualla ſoliſq; ſub terris ab horizonte diſtãtiæ; neq; in omnibus neq; in iiſdẽ ſtellis vbiq; locorum æquales ſunt; triplicemq; habent differentiam ob cauſam triplicem: quod totum his verbis Theon in Commentarijs eleganter complexus eſt, ἀλλ' ἐπεὶ inquit,
» ἔφησε κατὰ τρεῖς τρόπους γίνεσθαι ταῖς φάσεσι διαφορὰς, παρά
» τε τὰ μεγέθη τῶν ἀστέρων, καὶ παρὰ τὰς κατὰ πλάτος αὐτῶν ἀπο-
» στάσεις, καὶ περὶ τὰς ἐγκλίσεις τοῦ διὰ μέσων πρὸς τὸν ὁρίζοντα. &
» c. quod eſt vt ego interpretor. Sed quoniam dixit tribus mo-
» dis apparitiones differre, & magnitudinis ſtellarum ratio-
» ne, & diſtantiæ ipſarum ſecundum latitudinem reſpectu, &
» ratione declinationum Zodiaci ad horizontem, & c. quandoquidem, vt Ptolemæus docet, arcus hic, emerſionum occultationumq; interuallum maius minus vè fit hiſce tribus de cauſis. nam ſtella maior minorem arcum, minor maiorẽ requirit, licet æqualiter ſecundum latitudinem à ſole ambo diſtent, æqualemq; Zodiacus ad horizontem habeat inclinationem, vt idem probat. cauſaq; manifeſta eſt, quam nos, cap. 6. 2. Apologiæ tetigimus; nempe magnitudo ſtellæ luxq; ſubinde maior, quæ in maiore ſolis lumine cerni poteſt; & ex conſequenti, in minore ab horizonte ſolis ipſius diſtantia. Rurſus ſtellę, quę magis à ſole ſecundum latitudinem diſtant, quanquam æqualis ſint magnitudinis, Zodiacuſq; eandem habeat ad horizontem inclinationem minorem arcum hunc expoſtulant; quoniam, vt inquit Ptolemæus, in eadem ſolis ſub terris diſtantia, lux, quę apud ipſum Zodiacum ſolemq; fit, maior eſt; vnde ſtella ſoli pro-

ximior ingentiore ſolis luce obruta, cerni non poterit, à ſole remotior poterit. Demum tametſi ſtellæ eandem habeant magnitudinem, eandemq; ad ſolem diſtantiam, nihilominus quanto maior ad horizontem Zodiaci declinatio fuerit, eo maior ſolis ſub terris diſtantia, arcuſq; prædictus maior eſſe debet; quæ omnia ab artis principe Ptolemæo citato loco demonſtrantur. Verum, vt ad noſtra redeamus, hæ ſunt apparitionum differentiæ differentiarumq; cauſæ, de quibus in alio opere, quod ſyntaxim appellat, (quaſi dixeris paruam conſtructionem ad magnę differentiam) vberrimè egiſſe ſcribit; quod tamen maxima Aſtrologicę facultatis iactura amiſſum eſſe iniuria temporum credimus.

2 Singulæ ſtellæ vbiq; ſimul in medio Cæli.) Dicit vbiq;, πανταχῆ, quoniam meridianus circulus vbiq; terrarū rectæ ſphæræ ſitum imitatur; quia, vt horizon rectus, ita quilibet etiam meridianus, vt inter cęteros præcept. 16. & 22. Tabularum Directionum tangit Rheinholdus, per polos æquinoctialis circuli deſcribitur, nec eſt vllus meridianus, quin aliquorum ſub æquinoctiali habitantium rectus etiam horizon exiſtat; vnde qui Eclipticæ arcus dato æquinoctiali arcui competit in recto horizonte, idem etiam vbiq; terrarum competit ei in circulo meridiano. quoniam autem in decliui ſeu obliqua ſphæra multiplex horum ortuum varietas exiſtit, propterea addit autor, καὶ συνανατέλλει, καὶ συγκαταδύνει καθ' ἑκάστην τῶν οἰκήσεων.

3 Adhuc quot partibus) Duorum circulorum facit autor mentionem ſcilicet Zodiaci, quem de more, circulum per medium ſignorum appellat, & Verticalis, qui per ſolis centrum tranſit, quem γεγραμμένον μέγιστον κύκλον, niſi fallor, vocat propter viſionis arcum, qui in circulo verticali numeratur, atq; propter apparitionis interuallum, quod in Zodiaco ſumitur: quodq; Ptolemęus Cap. 6.8. Magnę Conſtructionis, τὴν τοῦ ἡλίου περιφέρειαν, & διαστάσιν ἀπέχοντος ὑπὸ γῆν τοῦ ὁρίζοντος. & cap. 7. lib. 13. ſtellarum ἐπὶ τοῦ διὰ μέσων τῶν ζωδίων κύκλου διαστάσιν πρὸς τὸν ἥλιον videtur appellaſſe.

4 In proprio quodam) Hoc eſt opus illud, quod libellum

hunc

hunc præcedit; nempe parua Constructio, differentias, differentiarumq; causas explicans apparitionum.

5 Per Syenem) Adeo hoc in loco deprauatum est exéplar, quod ad nostras manus peruenit, vt nulla ratione locorum nomina intelligere potuerimus per quæ Ptolemæus Climata scripta esse inquit: ex capite tamen 6. 2. lib. Magnę Constructionis facile fuit ea percésere: septimus nanq; ibi parallellus per Syenem scriptus, primi Climatis finis ac secundi initium, & diem maximum habere horarum 13. 30. ponitur, & ab Aequinoctiali distantiam, seu quod in idem redit Poli eleuationem p. 23. 51. quam tamen Rheinoldus in noua parallelorum Tabula ab eo condita, ponit g. 24. 11. ; ob mutatam solis maximam declinationem ipsam parallelorũ rationem ad veterum descriptiones non amplius congruere admonens. Noni paralelli, qui secundi Climatis finis tertijq; initium est, per Aegyptum inferiorem scripti, vbi dies maximus horarum est 14. ponitur Eleuatio Poli esse p. 30. 22. apud Rheinholdum p. 30. 48. Vndecimi paralelli per Rhodum transeuntis, vbi maximus dies horarum est 14. 30. qui Climatis quarti initium est, eleuatio Poli ponitur esse part. 36. apud Rheinholdum verò part. 36. 30. Tertijdecimi qui Climati quinto dat principium, per Hellespontum scripti, vbi maximus dies horarum est 15. Eleuatio Poli part. 40. 56. apud Rheinhold. 41. 23. Quintidecimi, qui Clima quintum terminat, per medium Pontum scripti, vbi maximus dies horarum est 15. 30. Eleuatio Poli ponitur part. 45. 1. apud Rheinhold. part. 45. 31.

6 Tempora ipsa apparitionum) Vox hæc φάσις, id est apparitio, de qua nonnulla infra dicemus, emersionem comprehendit hoc loco atq; occultationem; tametsi capite sexto 8. Almag. φάσις opponatur τῇ κρύψει emersionem tantum dicens. proinde. Ptolemęus de apparitionibus dicturus occultationum quoq; tempora in hoc libello docet; atq; infra, quemadmodum & 8. Almag., occultationem vocat occasum vespertinum apparentem. cum enim quatuor sint apud græcos autores voces, ἀνατολὴ, δύσις, ἐπιτολὴ, κρύψις. quod est, ortus, occasus, emersio, occultatio; proprie cum ortum dici-

dicimus & occaſum veros intelligimus aſpectus, cum emerſionem & occultationem apparentes; veſpertinos occaſus tamen & ortus matutinos: ideoq; haſce configurationes apparitiones vocamus: de qua re nos plura cap. 4. & 5. p. lib. Apologiæ, & quinto cap. tertij: quanquam inter ortum matutinum apparentem & emerſionem aliqua differētia eſt, vt infra dicemus. Fit autem emerſio cum abſceſſu ſolis profert ſe ſtella: occultatio cum eiuſdem aduentu cōſpici deſinit. vnde occultatio apparitio verè appellari poteſt, quia tunc ſtella, cum articulus inſtat occultationis, apparere deſinit. Tempora autem apparitionum docemus, cum dies in quibus ſiunt, notamus, dieiq; partes, matutina ſcilicet an veſpertina apparitio ſit indicantes. Rem hanc totam ſic doctè & eleganter Plinius complexus eſt, cap. xxv. lib. 18.
,, Exortus, inquit occaſuſq; binis modis intelliguntur. Aut
,, enim aduentu ſolis occultantur ſtellæ & conſpici deſinunt,
,, aut eiuſdem abſceſſu proferunt ſe. Emerſum hoc melius,
,, quàm exortum conſuetudo dixiſſet, & illud occultationem
,, potius, quàm occaſum. Alio modo quo die incipiunt appa-
,, rere, vel deſinunt, oriente ſole aut occidente, matutini,
,, veſpertiniuè cognominati, prout alterutris eorum mane
,, vel crepuſculo contingit.

7 Significationibus) Quid Græcis ſit τὸ ἐπισημαίνειν, & ἐπισημάσια, id eſt ſignificatio, Ariſtotelis autoritate definitum à nobis eſt annot. poſtrema in libellum de Tranquillitatis & Serenitatis ſignis. itaq; eodem ſignificatu hoc in loco vocem hanc Ptolemæum accipere non dubito. cum enim ſydera hiſce aſpectibus mutationem aliquam alterationemq; in aëre adducant; atq; hanc quidem vel eadem aſpectus die, vel paulo ante, vel paulo poſt, vt Theophraſti, Ptolemæi, Theonis, aliorumq; autoritate cap. vij. 2. lib. Apologiæ demonſtrauimus. Veteres Græci id totum ἐπισημαίνειν dixere; id eſt ſignificare; aëris videlicet mox futuram mutationem. Vnde apud Ptolemæum ita cap. 12. ſecundi Apoteleſmaton legimus,
,, καταρχομένης ὡς ἐπίπαν τῆς κα-
,, τὰ τὴν ἐπισημασίαν ἐναλλοιώσεως, πρὸ τριῶν ἡμερῶν, ἐνίοτε δὲ
,, καὶ μετὰ τρεῖς. id eſt vt verbum verbo reddamus: incipiente qui-

" te quidem alteratione secundum significationem, ante tres
" dies; interdum vero post tres: quo loco videmus mutationem alterationemq; à significatione seiungi; quo etiam sen-
" su dixit fortasse Columella. Eorum quæ supra sunt syde-
" rum occasus tempestatem facit: interdum tantummodo si-
" gnificat: nimirum quia nulla tempestas secuta est, sed illorum syderum occasu tempestatis tantum significatio, & fortasse leui quadam aëris alteratione tempestatis vmbra: vel saltem non eadem aspectus die secuta est. quanquam & sæpissime significatio pro ipsa mutatione sumitur; ex quo & ipse Ptolemæus in hoc libello die decimasexta mensis Mesori scripsit splendidam austrini Piscis vespertino exortu ἐπισημαίνειν ὕδατι καὶ ἀνέμοις; imbribus scilicet & ventis significare.

8 Nonnulla de apparitionibus ipsis ac de &c.) Duo sibi in disputatione hac agenda proponit Ptolemæus: primo, naturam ordinemq; apparitionum explicare; quo modo scilicet in stellis quæ in Zodiaco sunt fiant apparitiones; quoue modo in australibus, ac borealibus. Secundo vsum ipsarum apparitionum docere. quæ duo subtilissimè exequitur. ac omnino se huius disciplinæ principem ostendit.

9 Apparitionem igitur). Apparitio est stellæ apparens ad solem & horizontem accepta prima vel vltima configuratio. Pulchra quidem apparitionis definitio & Ptolemęi ingenio digna; cum qua & alia definitio paulo infra tradita coniũgenda est: apparitio definitę simulq; apparentis configurationis manifestatio est. Cõfiguratio loco generis ponitur, reliqua omnia loco differentiæ: dicitur .n. apparens ad differentiam verarum configurationum. ad solem & horizontem; propter cœli mediationes, ortus occasusq; meridianos; de quibus latè cap. 4. p. Apologiæ à nobis fuit disputatum. prima, vel vltima; quoniam tunc propriè apparitio inuenta est, cum locus solis definitus est; vt ipse infra subtiliter declarat; quo constituto, quisnam sit primus, quis vltimus ortus; quis primus & vltimus occasus facile tenemus.

10 Sed

10 Sed solis quoq; loca). Loca inquit, non locum; quoniam tum in sole, tum in stella duplicem locum considerامus cum veros ortus & occasus definimus; horizontis videlicet, ac pũcti Eclipticæ quocũ stella mergitur, vel emergit; quẽ tenere solẽ necesse est. vnde rectè subdit, in hisce aspectibus solem pariter ac stellã in ipso horizõte reperiri.

11 Iam apparitio dicenda erit) Res maximè notanda; quanquam secundum diuersa solis infra horizontem existentis interualla, stella & ante solis ortum & post illius occasum oriri possit & occidere; ita vt facile à nobis per plures etiam dies cerni possit; attamen nulla harum configurationum nomen meretur apparitionis: propterea quod ad constituendam apparitionem non satis est stellam siue orientem siue occidentem oculis notari, sed locum solis omnino definitum esse oportet; nimirum Eclipticæ punctum, in quo cum ipse extiterit, iam stella dicitur facere apparitionem; qui solis locus, inuento apparitionis occultationisq; interuallo, statim habetur. itaq; non pluribus diebus, sed vna tantum die apparitio absoluetur. atq; hoc est quod eleganter inquit Ptolemæus; apparitionem definiti simulq; apparentis aspectus esse manifestationem: definitus enim in ea est, non stellæ tantum, sed solis quoq; locus; eiusq; ab ipso horizonte, ac puncto quocum stella exoritur vel occidit distantia.

12 In veris quidem tempora ipsa latent) Obscura verba, quorum tamen hanc arbitror esse sententiam. in veris configurationibus tẽpora ipsa, apparitionum videlicet, latere; quoniam stellam tunc ob maximum solis lumen cernere non possumus: in apparentibus vero solis loca; quoniam solem sub terris existentem non videmus.

13 Verum primos tum in ortu) Cum iam definitus fuerit solis locus acceptaq; à puncto ortus stellæ distantia, tunc primos, tum in ortu, tum in occasu aspectus, & vltimos habebimus. siquidem hoc est, quod supra numero 9. aiebat Ptolemæus, apparitionem esse primam vel vltimam apparentem configurationem ad solem acceptam & horizontem. nimirum, vt ipse infra declarat; primum & vltimũ

ſtellæ ortum, primum & vltimum occaſum.

* In expoſitis Climatibus.) Hic & ſuperior locus aſteriſco identidem notatus adeo deprauati ſunt, adeo quibuſdā inſolitis abbreuiationū notis inuolucriſq; obſcuri, vt in priore vox vna reliquenda nobis fuerit; in poſteriore hoc quid reponendum, diuinare omnino oportuerit. Aloyſius tamen Lollinus, quem conſuluimus, vir græcarū literarum ſcientiſsimus, omnibuſq; artibus ornatus, in priore exceſo loco legendum eſſe ἀπαριθμεῖν ſcripſit; ita vt ſententia ſit, omneſq; ipſius partes numerare: in poſteriore παραλλήλων. cuius ſententiam tanquam maxime probabilem omnino ſequendam credimus.

14 Primus apparentium aſpectuum ortus.) Locum hunc doctos viros expendere maximè cupio. Satis nanq; clarum eſt Ptolemæum, ortum matutinum apparentem, ſeu emerſionem primum ortum eſſe appellandum hîc admonere; ortum veſpertinum, vltimum ortum: itē occaſum matutinum, primum occaſum: veſpertinum occaſum, ſeu dixeris occultationem, occaſum vltimum: quas ſanè appellationes vetuſtiſsimis autoribus fuiſſe vſitatas Ariſtoteles cap. 15. octaui libri de Animalium hiſtoria teſtis eſt locupletiſsimus; vbi ita ſcribit, de Thunnis ſermonem habens. Capi
„ incipiunt Vergiliarum ab ortu ad Arcturi occaſum vltimū.
„ reliquo tempore quieſcunt latentes. quo in loco, his quæ hîc docet Ptolemæus, mirificè conſentiens, occaſum Arcturi veſpertinum vltimum appellat. Oriebantur enim Ariſtotelis ætate ortu vero matutino Pleiades, vt cap. 5. p. lib. Apologiæ oſtendimus, ſole g. 19. 37. ♈. occupante; ortu apparente g. 23. 39. ♉. tenente; enimuero de hoc aſpectu loquitur Philoſophus. ortus nanq; earum veſpertinus tàm verus quàm apparens autumno fiebat; qua de re non poterant Thunni ab hoc exortu ad occaſum Arcturi vltimū capi: ita enim hyeme non laterent, quod tamen affirmat Ariſtoteles. Arcturus verò in Athenarum horizonte cum part. 15.0. ♏. mergebatur. cuius occultationis interuallum à puncto occaſus auferendum, vt locus ſolis in veſpertino occaſu habeatur, erat part. 13. 1. quod ſublatum ex part. 15. 0. ♏.

 oſtendit,

ostendit, sole part. 1. 59. ♏. tenente, tunc vespertinum, Arcturi occasum apparentem contigisse, quo tempore ferè hyems occasu Vergiliarum incipiebat. Sole nimirum paulo post ad part. 15. 45. ♏. deiecto, vt verissimè dixerit Aristoteles reliquo tempore, nempe ab occasu Arcturi vltimo, hyeme scilicet Thunnos latere. nam & se condere prȩaltis gurgitibus hyeme superius admonuit. quamobrem mirum omnino est quo modo Suessanus Astrologiæ alioqui scientissimus Aristotelis locum explicans asserere potuerit, aspectum hunc in æquinoctio autumnali euenisse: quandoquidem hoc pacto, cum subdat Aristoteles reliquo tempore Thunnos quiescere latentes, sequeretur autumno quoq; illos latere, cum tamen hyeme tantum se condere ipse scribat. Occasus autem matutinus Arcturi tunc sole 28. 1. Taur. possidente efficiebatur, nempe paulo post Vergiliarum ortum matutinum, quare non potuit nisi occasum Arcturi vespertinum intelligere. Quæ omnia quanquam vero sunt maxime consentanea, valde nihilominus dubium videtur qua ratione matutinus exortus apparens, primus; vespertinus exortus, vltimus dici queat; itidem matutinus occasus, primus; vespertinus occasus, vltimus. enimuero, vt de stellis nunc loquamur, quæ in Zodiaco sunt, de quibus totum id pronunciasse videtur Ptolemæus; in his, clarum est, si quod generatione & tempore primum dicitur attendamus, occasum vespertinum apparentem reliquos præcedere aspectus: quod fulgentis Hyadum exemplo clarioris doctrinæ gratia est nobis ostendendum. Erat stellæ huius Ptolemæi ætate, qui 140. Annis post Christum Dominum floruit, in Zodiaco longitudo grad. 12.40. Taur. lat. 5.10. austrina, declinatio à Ptolemæo inuenta g. 11.0. borealis, ascens. recta part. 41. 46. diff. ascensionalis ad eleuationem Poli g. 45. part. 11. 13. ascensio obliq. p. 30. 33. descensio ob. p. 52. 59. punctus ortus part. 23. 0. Taur. punctus occasus 9. 53. Taur., emersionis interuallum p. 27. 16. Interuallum occultationis part. 13. 39. His positis, claret ortum matutinum apparentem fulgentis Hyadum tunc fuisse cum sol part. 20. 16. ♊. perlustraret; ortum vesper-

tinum,

tinum,cum idem part. 25. 44. Lib. posſideret. occaſum matutinum, eodem part. 23. 32. ♏. tenente. occaſum veſpertinum ſole p. 26. 14. ♈. occupante: atq; hæc omnia ſecundum neotericorum dogmata à nobis inuenta definitaq; ſunt; licet ſolis loca, cum his quæ Ptolemæus in hoc libello tradit de huius ſtellæ aſpectibus,non omnino conſentiant ob cauſam quam infra explicabimus. Itaq; perſpicuum eſt, quemadmodum præcedere ſtella aſtronomica conſuetudine intelligitur ea, quæ vel ab æquinoctio, vel à prima ſtella ♈. vel ab alio quopiam principio in conſequẽtia minus diſtat, quàm altera cui comparatur, ita & aſſerendũ eſſe veſpertinum occaſum reliquos aſpectus præcedere,mox matutinum ortum ſequi, deinde ortum veſpertinum, demum matutinũ occaſum; quia ſol part 26. 14. ♈. tenens, minus diſtet ab æquinoctio, priuſq; locum hunc, mox reliqua alterum poſt alterum vt poſuimus attingat. Quod ſi principium aliud excogites; hoſce aſpectus pro ſtellarum loci varietate principijq; ratione variare, ita vt modo hic, modo ille prior ſit, omnibus arbitror eſſe compertiſsimum. Eædemq; nos vrgent difficultates, ſi harum configurationum ordinem in auſtralibus borealibuſq; ſtellis conſideremus; cum in illis quæ ad Auſtrũ declinant apparens occaſus veſpertinus ortum matutinum,apparens occaſus matutinus veſpertinum ortum præcedat; in illis, quę vergunt ad Aquilonem, ortus veſpertinus,occaſum matutinum; ortuſq; matutinus occaſum veſpertinum antegrediatur; quemadmodum ex Ptolemæo infra admonebimus. Quid ergo dicemus? ſanè nos hęc potius doctis viris conſiderãda proponimus, quàm aliquid ad has tollendas difficultates habeamus: Fortaſſe prioritate dignitatis, (quod non ſemel,natura prius vocauit Ariſtoteles) Ptolemæus atq; ante illum autores matutinum exortum apparentem, in ſtellis quæ in Zodiaco collocatæ ſunt, veſpertinum exortum, matutinum occaſum, veſpertinum occaſum anteuertere exiſtimarunt, ita vt ab eo tanq; à digniore, reliquiſq; omnibus,quod pertinet ad ſtellarum ſignificationes efficaciore, ſit inchoandum. Verum neq; hoc tollit difficultatem,nam ſic in omnibus ſtellis ortus matutinus

tutinus primus esset aspectus dicendus, cum tamē, vt cętera nunc prętermittam, paulo infra Ptolemæus in australibus occasum vespertinū præcedere matutinum dicat exortum. itaq; vt aliorum studia promoueamus, excitemus ingenia, dicere audebimus, hosce aspectus priores & posteriores duplici posse ratione appellari. genere nimirū & specie. enimuero vel genus quærimus, atq; hoc adhuc dupliciter, nimirum vel aspectum simpliciter priorem quærimus, ita vt inter omnes vnius stellæ apparitiones & aspectus, quis nā sit absolutè prior, primusq; efficiatur inquirimus: vel aliorum aspectuum respectu .; quo modo ortum occasui, & è contrà indistinctè comparamus: vel speciem tantum perquirimus quo pacto speciem cum specie, vt occasum cum occasu, ortum cum ortu conferre oportet; & quis primus inter illos fiat inuestigare. Si quæratur primum, id à principio, vt arbitror, pendet, à quo nobis proponimus Zodiaci loca esse numeranda; quod si Vernum æquinoctium astrologico more esse constituamus; illum aspectum simpliciter prioré per se sumptum, non cum alijs comparatum, esse dicemus, qui minus submoto sole ab accepto principio efficitur; atq; hoc tātum modo primos, & vltimos, pręcedentes ac succedentes aspectus hoc in loco appellasse Ptolemæum, nequaquam crediderim. Si quęratur secundum & tertium, qua potissimum ratione primos & vltimos aspectus autor definiuit, illum arbitror primum & præcedentem aspectum hoc loco à Ptolemæo appellari, qui cum altero comparatus ab eo per signorum succesionem minus semicirculo distat: eum vltimum, & sequentem, cuius ab altero distantia semicirculum transcendit. quo sensu si verba Ptolemæi accipiamus, iam statim veritas sententiæ illius elucebit. enimuerò si in fulgente Hyadum aspectus omnes ordine digeramus, manifestum erit, quę à Ptolemęo dicta sunt cum veritate consentire. clarioris igitur doctrinę gratia hac tabella stellę huius apparitiones legentium oculis contemplendas subijcimus.

Apparitiones Fulgentis Hyadum.

Occasus Vesp. App. Sole. in p. 26. 14. V.

Ortus

Ortus	Mat.	App.	Sole in p. 20. 16. ♊.
Ortus	Vesp.	App.	Sole in p. 25. 44. ♎.
Occasus	Mat.	App.	Sole in p. 23. 32. ♏.

His positis, patet, aspectum simpliciter genere priorem per se sumptum esse occasum vespertinũ, quia sol aspectus huius tempore minus à principio videlicet à Verno æquinoctio distat. Rursus perspicuum est aspectum hunc ortu matutino esse priorem; si de generis prioritate secundo modo accepta intelligamus; locus nanq; solis in eo minus à principio submotus ab altero loco minus etiam semicirculo distat. nec dicas falsus itaq; Ptolemæus, qui occasum vespertinum vltimum occasum appellauit; quandoquidem prius & posterius secundum speciem subtilissimus vir, cum id protulit, quæsiuit, quo modo luce meridiana clarius est occasum matutinum, primum occasum esse dicendum, occasum vespertinum vltimum: quoniam solis locus in occasu matutino minus semicirculo distat ab altero loco, quem occasus vespertini tempore possidet. è contra vero locorum eiusdem distantia ab occasu vespertino ad occasum matutinum semicirculum transcendit. quod idem in ortu matutino, & vespertino locum habere nemo non videt. quare meritò hic vltimus, ille primus ortus à Ptolemæo dictus fuit. Quod si ad tempora vetustiora hos aspectus in stellis, quę in Zodiaco sunt, expendamus; eundem ordinem illos retinere inueniemus: quandoquidem borei termini Vergiliarum apparitionum ordo Theophrasti ætate, qui annis ferè quingentis ante Ptolemæum floruit, vt ex Apologia elicimus, ita se habet.

Occasus	Vesp.	App.	Sole in p. 12. 16. ♈.
Ortus	Mat.	App.	Sole in p. 23. 30. ♉.
Ortus	Vesp.	App.	Sole in p. 22. 28. ♍.
Occasus	Mat.	App.	Sole in p. 15. 45. ♏.

Verum satis fuerit Artis huis studiosis rem indicasse.

15 Cum oriuntur apparent, non cum occidunt.) Cum ordinem aspectuum in stellis, quæ in Zodiaco sunt, Ptolemæus aperuerit, atq; ortum matutinum apparentem, primum esse docuerit, vespertinum ortum, vltimum & c. in pręsentia

ſentia ſtellarum earundem narrat affectiones quaſdam, quæ illis contingunt dum hos aſpectus conficiunt, ſcitu neceſſarias, vt apparitionum naturam teneamus. Inquit ergo huiuſmodi ſtellas à matutino exortu, quem primum eſſe dixerat, ad veſpertinum vſq; ortum cum oriuntur apparere, non cum occidunt: ratioq; aperta eſt; oriuntur .n. ante ſolis exortum, vnde cerni poſſunt; occidunt vero ante illius occaſum; ex quo & ſplendore ipſius obrutæ penitus celantur. Id totum vero ſummè eſſe conſentaneum fulgentis Hyadum exemplo facile monſtratur. cum enim hæc ſtella in eleuatione Poli 45. Ptolemæi ætate cum part. 23. 0. Taur. horizontem conſcenderet; patet, ipſa horizontem attingente orientalem, ſolem part. 10. 16. dodecatemorij Geminorum poſsidentem adhuc ſub terris fuiſſe, itaq; oriens apparebat. Rurſus cum occideret cum g. 9. 53. Taur. clarum identidem eſt, cum ipſa mergebatur, ſolem fuiſſe ſupra terram, vt nulla ratione occidens cerni poſſet; atq; in hac verſabatur affectione, donec veſpertinum exortum conficeret. patet enim quod ſole ad ſequentia translato, nempe ad ♋. Leon. ♍. & ♎. hoc idem ei contingebat.

16 Sed neq; orientes neq; occidentes) Hæc eſt ſecunda affectio; ab exortu veſpertino huiuſmodi ſtellæ ad occaſum matutinum apparent quidem, non tamen cum oriuntur vel occidunt. quod itidem fulgentis Hyadum exemplo fit manifeſtum. Sole enim part. 25. 44. ♎. poſsidente ſtella hęc in ortu exiſtens cum part. 23. 0. Taur. cernebatur; erat enim in ortu veſpertino apparente; in occaſu cum part. 9. 53 eiuſdem dodecatemorij non apparebat. Verum hoc confecto aſpectu, cum iam ſol Scorpionem poſsideret, atq; ad ſequentia properaret, neq; oriens neq; occidens cerni poterat. nimirum quia oriente ſtella & occidente ſol oppoſitum ferè in horizonte locum obtinebat; moxq; ſemper exiſtebat ſupra terram; vt cum Sagittarium, Capricornum, Aquarium & reliqua dodecatemoria perluſtrabat; quamobrem ſtella, cum ferè tantum medium cœlum percurrebat, oculis notabatur; oriens vel occidens nequaquam.

17 A veſpertino occaſu) Tertia affectio explicatur, quæ omnino clara eſt; à veſpertino enim occaſu, huiuſmodi ſtellæ, quia iam articulus inſtat occultationis, ab aduentante ſole tectæ, ad matutinum vſq; exortum apparentem latent; videlicet, vſq; ad emerſionem: quod cap. v. primi lib. Apologiæ Vergiliarum exemplo nonnulla Heſiodi carmina explicantes planum fecimus. atq; hoc rurſus loco fulgentis Hyadum exemplo confirmari poteſt; quam ſtellam, clarum eſt, part. 26. 14. V. à ſole confectis, ſolares radios iam ingreſſam, donec idem part. 20. 16. Gem. attingeret, latuiſſe. quod eſt à veſpertino occaſu, ad exortum matutinum, vt teſtatur Ptolemæus.

18 κολοβοδιέξοδους dicimus) Nomen aperit ſecundæ affectionis; nam tertiam dixerat paulo ſupra vocari occultationem & emerſionem; ac ſtellas, quæ in ea verſantur, occultantes ſeſe, ac emergentes appellari; de prima nullum fecit verbum. Inquit ergo huiuſmodi ſtellas, cum apparent quidem, ſed neq; orientes, neq; occidentes, dici κολοβοδιέξοδους; quæ vox compoſita ex κολοβὸς, quod eſt mutilus, truncatus, mancus, & διέξοδος, quod eſt iter, via, & tranſitus; perbellè ſecundæ affectionis naturam exprimit: cum enim quædam ſint ſtellæ, vt infra ex Ptolemæo admonebimus, quæ exorientes & occidentes totumq; quod ſupra terram eſt hemiſpherium pertranſeuntes, apparent, quæ νυκτιδιέξοδοι vocantur, has quidem perfectum & abſolutum iter habere dicendum eſt, quia ſemper ab ortu ad occaſum cerni poſſunt, illisq; opponi κολοβοδιέξοδους; quoniam è contra hæ mutilum & truncatum iter habere videantur, cum neq; orientes neq; occidentes appareant, ſed in medio tantum itinere; quamobrem κολοβοδιέξοδους dixeris mutilum ac trũcatum iter habentes.

19 Occaſum quidem veſpertinum) Vide quo modo de prioritate originis, atq; (vt loqui Philoſophus ſolet) generationis, ac temporis, quam & generis prioritatem dicere poſſumus ſermonem habens Ptolemæus, in auſtralibus ſtellis inquit occaſum veſpertinum præcedere matutinum exortum; cum alioqui ſupra exortum matutinum primum

eſſe

„ esse decreuerit aspectum . enimuero legendum est, ἡ μὲν
„ ἑσπερία δύσις τηρεῖται προχρονοῦσα τῆς ἑῴας. ἀνατολῆς vt ego
„ emendaui ; non vt perperam legitur in exemplari . ἡ μὲν
„ ἑσπερία δύσις στηρίζεται πολυχρονοῦσα τῆς ἀνατολῆς , quæ oratio falsa est, & manca, nullusq; ex ea sensus, qui quadret, erui potest . Sententia autem huius loci est , in australibus borealibusq; à circulo per medium signorum stellis enarratum ordinem partim varietatem aliquam recipere ; partim obseruari eundem . quod pertinet ad australes ; hasce stellas in tertia affectione cum Zodiaci stellis conuenire , cum occultationem faciant, & emersionem ; quod nequaquam possent efficere, nisi occasus vespertinus tempore matutinum exortum anteiret . atq; hinc notabit lector occultationẽ,& emersionẽ non solũ in Zodiaci stellis locũ habere; verum etiam in illis, quę positione australes inueniũtur, nimirum quia in his quoq; occasus vespertinus ortum præcedit matutinum . Hoc Syrij seu Caniculæ exemplo clarioris doctrinæ gratiam planum faciemus . erat stellæ huius longitudo ætate Ptolemæi p. 17. 40. Gem. lat. 39. 10. austrina, declinat. p. 15. 45. austr. à Ptolemæo inuenta . ascensio recta p. 80.7. differentia ascensionalis in eleuatione Poli p. 45. 1. p. 16. 23. ascensio obl. p. 96. 30 descensio ob. p. 63. 44. punctus ortus p. 27. 5. ♋. punctus occasus p. 18. 0. Taur. emersionis interuallum à nobis inuentum p. 12. 47. occultationis interuallum p. 14. 4. quibus positis apparentes aspectus ita veniunt disponendi .

Apparitionum ordo in Syrio .

Occasus	Vesp.	Sole in p. 3. 56.	♉.
Ortus	Mat.	Sole in p. 9. 52.	Leon.
Occasus	Mat.	Sole in p. 2. 4.	♐.
Ortus	Vesp.	Sole in p. 14. 18.	♑.

Verum ex his satis constat occasum vespertinum tempore esse exortu matutino priorem, cum sol prius Taurum quàm Leonem attingat; ideoq; Syrio & reliquis huius nomenclaturæ stellis occultationem competere, & emersionem , vt docet Ptolemæus .

30 Matu-

20 Matutinum verò occasum è contra.) In stellis, quæ in Zodiaco sunt, vt supra annot. 14. quisq; videre potest, vespertinus exortus matutinum occasum antegreditur. ex quo & secunda affectio illis conuenit: ab exortu .n. vespertino ad occasum vsq; matutinum cernũtur quidem, sed neq; orientes, neq; occidentes. at in australibus stellis res contrario modo euenit, orientes enim apparent & occidentes; atq; matutinus occasus in illis, vt docet Ptolemęus, tẽpore vespertinum exortum præcedit. enimuero, vt in Syrij apparitionibus paulo supra positis videmus, sol prius ad tertiam Sagittarij partem peruenit, quâm ad decimamquintam Capricorni. itaq; australes stellæ cum illis, quæ in Zodiaco sunt, sicuti in tertia affectione consentiunt, ita dissentiunt in secunda, ac penitus aduersantur.

21 Quæ vocantur νυκτιδιέξοδοι) Australes stellæ, ob caussam superiori annotatione allatam κολοβοδιέξοδοι, id est mutilum habentes iter dici nequeunt; quoniam apparent cum oriuntur & cum occidunt, toto eo tempore quod ab occasu matutino est ad exortum vsq; vespertinum: quin etiam & in toto itinere cernuntur; nimirum donec hemisphoeriũ decurrunt vniuersum. itaq; & perfectum, non mutilum iter habentes dici debent, & quod in idem redit, νυκτιδιέξοδοι, quod est, noctu iter agentes: quo tempore, vel pueris notum est, perpetuo illas cerni posse. oriuntur .n. vt inquit Ptolemęus, post solis occasũ, atq; ante ortũ ipsius occũbũt. Quod totũ Syrij exẽplo satis liquet; oriente .n. ipso cũ par. 27. 5. ♋ quia part 27. 5. ♑. erant in occasu, sol iam lapsus sub terris in part. 2. 4. ♐. versabatur. Item occidente ipso cum part. 18. 0. ♉. quia part. 18. 0. ♏. in horizonte erant orientali, sol part. 2. 4. ♐. tenens nondum conscenderat angulum orientis. atq; in hac eadem Syrium fuisse affectione, donec sol ad vespertini exortus locum peruenisset, videlicet ad part. 14. 18. ♑. omnibus arbitror esse compertissimum.

22 Ex contrario vespertinus exortus) Cum australium stellarum affectiones exposuisset, atq; in quo cum Zodiaci stellis conuenirent, dissentirentq; ostendisset; nunc ad bo-

 realium

realium affectiones se confert explicandas; dicens primum has cum Zodiaci stellis in secunda affectione conuenire, cū in ipsis quoq; exortus vespertinus prioritate generis secūdo modo accepta matutinū occasum antecedat; vnde & κο-λοβοδιέξοδοι dicuntur, quoniam toto intermedio tempore, quod inter ortum vespertinum & occasum matutinum interiacet, apparent quidem; sed neq; orientes, neq; occidentes; vt mutilum imperfectumq; omnino iter efficere ab ortu ad occasum videantur. quod totum exemplo Arcturi borealis stellæ docere possumus. Arcturi Ptolemæi ætate longitudo erat p. 27. 0. ♍. lat. 31. 30. borealis, declinatio 29. 50 borealis à Ptolemæo inuenta. ascensio recta. 192. 9. differentia ascensionalis 34. 57. ad eleuationē Poli p. 45. nempe vbi maximum diem ponit Ptolemæus horarum 15. 30. ascensio obliqua 157. 12. descēsio obl. 227. 1. punctus ortus 12. 45. ♍. punctus occasus 13. 21. ♐. emersionis interuallum 12. 59. occultationis interuallum 22. 11. quibus ita constitutis, apparitionum ordo ita se habet.

Arcturi apparitiones.

Occasus	Mat.	App.	Sole in p. 5. 32. ♋.
Ortus	Mat.	App.	Sole in p. 25. 44. ♍.
Occasus	Vesp.	App.	Sole in p. 21. 10. [illegible].
Ortus	Vesp.	App.	Sole in p. 29. 46. ♒.

Verum hic satis patet ortum vespertinum præcedere occasum matutinum; cum solis in eo locus, à loco altero minus semicirculo distet: occasumq; matutinum posterius fieri; quia solis in eo locus, à loco quem ortus vespertini tempore tenet, magis distet, quàm semicirculi sit quantitas; vt cuiq; loca solis inter se conferenti est notissimum. semicirculus .n. à puncto p. 5. 32. ♋. incipiens terminatur pūcto opposito, scilicet p. 5. 32. ♑. quem locum p. 29. 46. ♒ transcendere, vel pueris est clarum. Quod vero toto eo tempore, quod ab ortu vespertino est ad occasum matutinū mutilum iter haberet Arcturi stella, (quod borealium quoq; proprium esse hoc loco inquit Ptolemæus) satis etiam patet. enimuero sole Piscium dodecatemorion perambulante,

ſtante, iam amplius Arcturus in ortu exiſtens cum g. 12.45. ♍. cerni non poterat; quia ſol aut nondum lapſus ferè erat, aut oppoſitum locum perluſtrabat, moxq; vltimas Piſcium partes obtinens & ſequentia ſigna, oriente Arcturo, omnino erat ſupra terram. Quod verò eadem hac labente ſtella cum part. 13.21. ♓. ſol piſces tenens ſupra noſtrum hemiſphęrium exiſteret, omnibus (vt reor) eſt manifeſtum. itaq; cernebatur quidem Arcturus, ſed neq; oriẽs, neq; occidens, vt inquit Ptolemæus.

23 At matutinus exortus.) Superior tabella Arcturi apparitionum clare oſtẽdit matutinum exortum apparentem veſpertino occaſu eſſe priorem; quandoquidem diſtantia vtriuſq; loci ſolis ſemicirculum non ęquat; tranſcendit verò ſi ab occaſu veſpertino ad matutinum ortum eam metiamur. quamobrem boreales ſtellæ à Zodiaci ſtellis in tertia affectione diſſentiunt; quin etiam & quod ad hanc rem pertinet ab ipſis auſtralibus: ex quo (vt Ptolemæus animaduertit) emerſionem & occultationem non efficiunt. enimuerò nullum ſydus, vt ſæpius diximus, in quo occaſus veſpertinus matutinum non antegreditur, occultari propriè poteſt & emergere; quæ res maxima animaduerſione digna eſt, tanquam vetuſtioribus fortaſſe incomperta; cum Hippocrates libello de Aëre Aquis & Locis; Ariſtotelis 3. Prob. primę ſectionis Arcturo ἐπιτολὴν tribuant, id eſt emerſionem; ortum apparentem matutinum, emerſionem indiſtinctè appellantes; quorum autoritatem nos in Apologia & alibi ſecuti ſumus. Hinc Ptolemæus de borealibus ſtellis loquens in hoc libello nunquam eas ἐπιτέλλειν, aut κρύπτεσθαι, ait, ſed tantum ἀνατέλλειν & δύνειν.

24 Quæ ἐνιαυτοφανεῖς appellantur.) ἐνιαυτοφανεῖς id eſt per annum ſeu anno toto apparentes dicuntur hæ ſtellæ, quia non patiuntur occultationem; & in omnibus aſpectibus apparent: conueniunt enim aliquo pacto in hac affectione cum auſtralibus, quarum etiam proprium eſſe annot. 21. dictum eſt, cum oriuntur, & occidunt, apparere: verum in cauſa diſſentiunt affectionis; illæ .n. ab occaſu matutino ad exortum vſq; veſpertinum id perpetiuntur, & hac de cauſa quo-

niam in illis matutinus occasus vespertinum exortum antecedit; boreales vero ab exortu matutino ad occasum vespertinum, & quoniam matutinus exortus vespertinum occasum antegreditur. sole. n. vltimas Virginis partes & Libram tenente oriebatur Arcturus in eleuat. Poli part. 43. cum g. 12. 45. ♍. quamobrē sol adhuc sub terris versabatur; ideoq; Arcturus oriens apparebat; occidebat vero cum g. 13. 21. ♐. itaq; & post solis occasum, vnde & occumbens cernebatur. Notandum tamen est maximam esse adhuc inter australes borealesq; stellas hac in re differentiam; enimuerò australes non solum cum oriuntur & occidunt apparent, sed toto tempore, quod ab exortu est ad occasum; vnde & νυκτιδιέξοδοι, vt annot. 21. dictū est, vocantur; huiusq; causa est, quoniam sol loca ferè opposita possidet, quemadmodum in occasu matutino vespertinoq; exortu est necesse: ex quo & cum stella superius ac nostrum decurrit hemisphęrium sol per inferius fertur. Verū in borealibus multo aliter contingit; cum enim affectionem hanc ab exortu matutino ad vespertinum occasum perpetiantur, satis liquet, post illarum ortum non multo post solem exoriri, atq; aliquo tempore ante illarum occasum nondum esse lapsum; itaq; ab ortu ad occasum non perpetuo cernuntur, idcircoq; νυκτιδιέξοδοι vocari nequeunt.

25 ἀμφιφανεῖς.) Interpretor ego, vtroq; tempore apparentes, nimirum & cum oriuntur & cum occidunt, non tamen perpetuo; .i. in toto itinere, ab ortu videlicet ad occasum, quemadmodum australes.

26 In ipso commentario.) Hæc est Syntaxis; atq; opus illud, quod libellun hunc præcedit, de quo annotat. 1. dictum est.

27 Quæ dicuntur emergere.) Hoc proprium stellarum est, quæ occasum vespertinum ante matutinum exortum efficiunt; quod Zodiaci stellis & australibus conuenit.

28 Quæ vero simpliciter matutinum exortum.) Hoc proprium borealium est; cernuntur .n. orientes & occidentes, sed post ortum atq; ante occasum oculos fallunt; non apparent perpetuo ab ortu ad occasum, vnde ad australium diffe-

rum differentiam vocantur ἐνιαυτοφανεῖς, & ἀμφιφανεῖς, & dicuntur à Ptolemæo ortum matutinum, & occaſum veſpertinum ſimpliciter efficere ; quo loco vox illa ſimpliciter omnino ponderanda eſt ; inquit enim græcè autor, „ τοὺς „ δ' ἀνατέλλειν ἴσων ἁπλῶς καὶ δύνειν ἑσπερίαν, τῶν ἐνιαυτοφανῶν „ τε καὶ ἀμφιφανῶν.

29 Quæ veſpertinum exortum ante.) Id Zodiaci ſtellarum & borealium proprium eſt, vt annotat. 22. explicauimus.

30 Quæ vero è contra occaſum matutinum.) Hoc peculiare eſt auſtralibus, in quo penitus Zodiaci ſtellis ac borealibus aduerſantur, vt annotat. 20. dictum fuit : atque hic prima pars elegantiſsimæ huius diſputatiunculæ finem habet; in qua apparitionum naturam docere, explicareq; ſibi propoſuerat Ptolemæus, quod totum mirabiliter executus eſt: noſq; ſequenti tabella breuiter comprehenſum clarioris doctrinę & memorię gratia oculis legentium contemplandum ſubijcimus.

Ordo apparitionum in Stellis Zodiaci.

1 Occaſus veſp. appar. / Ortus mat. appar. — Primus. / Vltimus. — Prioritate generis: atq; ab occaſu veſpertino ad ortum matutinum penitus ſe celant. vocanturq; ſeſe ocultantes, ac emergentes; ortuſq; emerſio, occaſus occultatio.

2 Ortus matut. app. / Ortus veſpert. app. — Primus. / Vltimus. — Prioritate ſpeciei: atq; ab ortu matutino ad ortum veſpertinum apparent cum oriuntur tantum, non cum occidunt. hocq; proprium eſt ſtellarum Zodiaci, in quibus etiam ſolis euenit, quod ortus ortum occaſus occaſū ſequatur, ác ſpecies ſpeciem. non alterni, ac viciſsitudine quadam ſuccedant; ortus nimirum occaſum, occaſus ortum.

3 Ortus veſpert. app. / Occaſus matut. app. — Primus. / Vltimus. — Prioritate generis: atq; ab ortu veſpertino ad occaſum matutinum apparent; ſed neq; orientes neq; occidentes; vnde κολοβοδιέξοδοι dicuntur.

4 Occa-

4 { Occaſus matut. app. } Primus. } Prioritate ſpeciei;
{ Occaſus veſpert. app. } Vltimus. } in qua ſint autem affectione ſtellæ, dum hos aſpectus conficiunt, Ptolemæus nullum verbum.

In ſtellis Auſtralibus.

1 { Occaſus veſpert. app. } Primus. } Prioritate generis;
{ Ortus matut. app. } Vltimus. } in quo penitus cũ primo ſtellarum Zodiaci membro conueniunt, eaſdemq; perpetiuntur affectiones.

2 { Occaſus matut. app. } Primus. } Prioritate generis:
{ Ortus veſpert. app. } Vltimus. } atq; in hoc aduerſantur tertio membro ſtellarum Zodiaci. cernuntur enim orientes, & occidentes; perpetuoq;, dum noſtrum hemiſphęrium decurrunt, ab ortu ad occaſum apparent; vnde νυκτιδιέξοδοι appellantur.

In ſtellis Borealibus.

1 { Ortus veſpert. app. } Primus. } Prioritate generis;
{ Occaſus matut. app. } Vltimus. } atq; in hoc cũ tertio ſtellarũ Zodiaci mẽbro conueniunt, à ſecundo auſtralium diſentiunt; vocanturq; ob id κολοβοδιέξοδοι.

2 { Ortus matut. app. } Primus. } Prioritate generis:
{ Occaſus veſpert. app. } Vltimus. } atq; in hoc à primo membro ſtellarum Zodiaci; à primoq; identidem auſtralium omnino diſsident. cum ſecundo autem auſtralium aliquatenus conſentiunt, aliquo vero pacto diſcrepant; ex quo neq; occultationem efficiunt, neq; emerſionem. cernunturq; tantum cum oriuntur & occidunt; Vnde non poſt ortum atq; ante occaſum abſconduntur; Vnde non νυκτιδιέξοδοι vt auſtrales, ſed ἐνιαυτοφανεῖς tantum & ἀμφιφανεῖς dicuntur.

31 Ambientis aëris ſignificationes.) Hæc eſt ſecunda diſputationis huius pars, in qua obſeruationum vſum apparitionumq; ipſarum docet elegantiſsimè Ptolemæus. ἐπισημασίας q; hoc loco τοῦ περιέχοντος, dicere aëris mutationes nulli dubium eſſe poteſt; quemadmodum & apud eundem

auto-

autorem lib. 2. Quadripart. cap. 13. τὸ ἐπισημαίνειν dicit mutationem aëris, statumq; ipsius ab vno ad alterum lunarem
„ aspectum. ita enim eo loco scriptum inuenitur. nam sin-
„ gulæ (lunæ, scilicet configurationes) vsq; ad proximas si-
„ gnificare consueuerunt. Interea tamen hic notare debemus, horas in hoc libello positas, vt initio quoq; disputationis dictum ab eo fuit, Climata ipsa designare. vnde per horas 13. 30. primum Clima intelligendum est, per hor. 14. secundum; per hor. 14. 30. tertium; per hor. 15. quartum; per hor. 15. 30. quintum. propterea si aliquando tantum hor. 13. scriptas inuenimus, vt tertia die Phaothi siue trigesima Septembris videmus, mendum subesse intelligendú est; ac pro hor. 13. reponendum hor 13. 30. quanquam nos græcum secuti exemplar, verba, vt in ipso corrupta erant, transtulimus. Sic cum dicit paulo post die septima Phaothi hor. 13. 30. Spicam emergere, aspectum hunc in primo contigisse Climate scias, atq; in eleuatione Poli partium 23. 51. intelligasq;, vt annot. 5. monitum est, his potius horis Climatum horum fines & extremas partes, quàm aut medias, aut primas indicari.

32 Ac sine vlla varietate.) Οὐκ ὡς ἀπαραλλάκτως habet græcum exemplar; voxq; & sententia ipsa Ptolemæo vsitata. sic enim diuinus vir in calce libri octaui Magnæ con-
„ structionis. καὶ γὰρ δὴ καὶ τὰς ἀπὸ τῶν φάσεων, ἢ κρύψεων γι-
„ νομένας περὶ τὰ καταστήματα τῶν ἀέρων ἐπισημασίας, ἐάν γε ταύ-
„ ταις καὶ μὴ τοῖς τοῦ ζωδιακοῦ τόποις προσάπτῃ τὶς τὴν αἰτί-
„ αν, ὁρῶμεν σχεδὸν τὸ σύνεγγυς ἀεὶ, καὶ τὸ μὴ τεταγμένον μὴ
„ δὲ τὸ ἀπαράλλακτον συντηρούσας, ὡς τῆς αἰτίας κατὰ τὸ ὁλο-
„ σχερέστερον ἀποτελουμένης, καὶ μὴ οὕτως ὑπ᾽ αὐτῶν τῶν πρώ-
„ των κατὰ τὰς πρώτας φάσεις, ἢ κρύψεις ἀστέρων ἰσχυροποιουμέ-
„ νης, ὡς ὑπό τε τῶν καθ᾽ ὅλα διαστήματα λαμβανομένων πρὸς τὸν
„ ἥλιον σχηματισμῶν, καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς ἐπὶ μέρους τῆς σελήνης
„ προσνεύσεων. Quod est, vt ego interpretor. Enimuero &
„ significationes ab emersionibus occultationibusq; circa aë-
„ ris statum factas (si quis modo in ipsas & non in Zodiaci lo-
„ ca causam referre velit) videmus ferè quod proximum est
„ semper conseruare, non ordinatum & incommutabile; tan-

quam

,, quam causa ipsa quod vniuersale magis est perficiat, & cõse-
,, quatur; neq; ita valenter agat in ipsis primis primarũ stella-
,, rum emersionibus occultationibusq;, quemadmodum in cõ-
,, figurationibus ad solẽ per vniuersa interualla acceptis, atq;
,, in particularibus lunæ configurationum tempore inclina-
,, tionibus. quamobrem & sic Theon in Comentarijs ὁτὲ μὲν
,, γὰρ ἐπισημαίνει χειμῶνα ἢ ὄμβρον, ἢ ἄλλοτι κατ' αὐτὴν τὴν ἡμέ-
,, ραν τῆς φάσεως, ὁτὲ δὲ πρῶτον. ὁτὲ δὲ ὕστερον. id est inter-
,, dum quidem significant tempestatem vel pluuiam, aut ali-
,, ud aliquid eadem apparitionis die futurum, interdum au-
,, tem prius; interdum verò posterius. quanquam & in eo ab
ipso Theone dissentio, quod τοὺς σχηματισμοὺς πρὸς τὸν
ἥλιον, vel syderũ inerrantiũ ad solẽ, vel planetarũ reliquorum
trigonos, tetragonos, exagonosq; radios interpretatur,
προσνεύσεις vero lunæ ad solem configurationes, addens in
his quoq; ordinatum & incommutabile non obseruari. cum
Ptolemæi sentẽtia potius esse videatur, stellarum apparitio-
nes per se sumptas non tantum habere virium in producen-
dis significationibus, quantum nanciscuntur, si cum lunari-
bus consentiant aspectibus, atq; cum eiusdem lunæ ad Au-
strum seu ad Aquilonem declinationibus; qua de re σχηματισμοὺς
ego lunæ ad solem configurationes interpretor,
προσνεύσεις vero, eius septentrionales seu meridianas lati-
,, tudines; ex quo & cap. 12. 2. Apotel. legimus, præterea in
,, quem ventum latitudine sua inclinet luna in obliquitate
,, Eclipticæ. nam & hoc est quod hoc loco mox infra subdit,
non omnem euentus causam in hasce stellarum cõfiguratio-
nes esse referẽdã, sed cẽsendũ esse lunã, quia significationes
ab apparitionum diebus ad dies transfert propriarũ cũ sole
cõfigurationũ, maximopere ad futuras aëris mutationes
producendas conferre; nimirum quia tunc causa ἰσχυροποιουμένη,
id est multo efficacius agens inueniatur, vt citato
octaui Magnæ constructionis loco affirmabat. Itaq; mirum
non est si hîc admonet autor hasce propterea significatio-
nes vt plurimum esse expectandas, non semper, ita vt sa-
tis esse videatur, si propinquè apparitiones habeãtur, quem-
admodum ad finem octaui Magnæ constructionis dictũ fuit.

33 Quo-

33 Quoniam vt plurimum significationes.) Horum verborũ sententia in superiori annotatione explicata est; quæ tanquam maximi momenti maximopere etiam venit obseruanda. si .n. exempli gratia apparitio alicuius stellæ duobus diebus ante vel post nouiluniũ ac pleniluniũ seu quadraturas fiat, pluuias aut ventos nuncians; significationem hanc mutationemq; in ipsis potius aspectuum diebus plerunq; expectandam esse, videlicet nouilunij, seu plenilunij, & quadraturæ die, admonet diuine autor; memoriaq; repetendum est, significationes aëris innerrantibus stellis annotatas ad quintam temporum differentiam pertinere; ac diei tantum vnius futuram monstrare constitutionem, vt nos Schol. 29. in proœmium Opusculi de Pluuiarum Signis latè ex Ptolemæi mente docuimus. ita enim notatũ reliquit cap. 12. se-
,, cundi libri de Astrorum Iudicijs summus artifex. αὐτῶν δὲ
,, τούτων τῶν κατὰ μέρος ποιοτήτων, αἱ καθ' ἡμέραν ἐπιτάσεις ἢ
,, ἀνέσεις ἐπιτελοῦνται, μάλιστα μὲν ὅταν τῶν ἀπλανῶν οἱ λαμπρότε-
,, ροι, καὶ δραστικώτεροι φάσεις ἑῴας ἢ ἑσπερίας, ἀνατολικὰς ἢ
,, δυτικὰς ποιῶνται πρὸς τὸν ἥλιον. quod est vt ego interpre-
,, tor. Huiusmodi autem particularium qualitatum intensio-
,, nes ac remißiones existunt potißimum quidem, cum iner-
,, rantes stellæ splendidiores potentioresq; matutinas aut ve-
,, spertinas apparitiones orientales seu occidentales erga so-
,, lem efficiunt; vertunt enim vt plurimum particulares con-
,, stitutiones in suas ipsarum naturas. Itaq; luna significationes apparitionibus annotatas, siue, vt verius dicamus, significationum effectus ad dies transfert propriarum cum sole configurationum. stellæ vero significationes ipsas ac mutationes, quas lunares configurationes portẽdunt, ad suas ipsarum transferunt naturas, intendentes illas plurimum ac remittentes. vnde si exẽpli gratia nouilunio ob dominium alicuius planetæ imbres nunciantur, proxima inerrantis syderis cuiusdam apparitio, quod cum ipso planeta natura consentiat, significationem hanc plurimum augebit; si dissentiat, non parum remittet; quin etiam fortasse in propriã naturã penitus mutabit. Sol nãq; & luna, vt cap. 8. 2. de Astrorũ Iudicijs admonemur, qualitates effectus non

 operan-

operantur, ſed vt principes omnium imperium & edictionẽ penes ſe habent, autores effectionum & dominationis ius errantibus ſtellis ac inerrantibus comittunt; ipſarumq; illarũ aut vires augent, aut imminuunt. Sed nec illud prætereundum eſt, ex citatis Ptolemæi verbis ſatis conſtare, matutinos veſpertinoſq; ortus tantum & occaſus apparentes in mutationibus aëris præuidendis locum habere; meridianos ortus & occaſus, ſeu matutinas, meridianas, veſpertinaſq; cœli mediationes nequaquam.

34 Qui propriarum temperamentis naturarum.) Quid errones quinque efficiant in apparitionibus his verbis docet Ptolemæus; atq;, vt iam promiſerat, diuinè ipſarum apparitionum docet vſum. Qualitates effectuum, vt diximus ſuperiori annot. pendent à dominãtibus Planetis, ac ſtellis inerrantibus; vnde cap. 12. 2. lib. de Aſtrorum Iudicijs ita ſcriptum de Planetis inuenimus; itemq; aſpectus ſtellarum errantium; nam de horum natura conſequenter mutationis proprietas deprehenditur. Itaq; ſi Planeta conſentit cũ ſtella, cuius apparitio conſideratur, eo certior ſpes eſt futuri effectus; atq; hoc eſt quod hoc loco inquit Ptolemæus, quinq; errones ad eos producendos effectus cooperari, qui temperamentis reſpondent propriarum naturarum. ſi enim plenilunij die Martia ſtella emergat, configurationiſq; dominium Mars obtineat, ſiccitates caloreſq; ingentes erunt expectandi: Mars nanq; συνεργεῖ, vt inquit Ptolemæus. Quod ſi contrariæ naturæ Planeta dominetur, remitti effectum neceſſe erit. quanquam plus poſſe inerrantem ſtellam cenſendum eſt, niſi Planeta ſit maxime potens, quoniam diurnas conſtitutiones efficiunt ipſæ inerrantes, ac moderantur. atq; hic notandum eſt, cum duo obſeruanda in apparitionibus præcipiat autor, & lunares ad ſolem aſpectus, & Planetarum radios; aſpectus quidem lunæ nil ad qualitatem ipſam effectus, intenſionemq; & remiſsionem illius operari; ſed tantum quod ocyus ſeu tardius effectus producatur efficere. Planetarum vero radios effectum ipſum omnino intendere aut remittere; augereque ac minuere.

35 Interdum quidem properare.) Pulcherrimum astrologicæ facultatis arcanum; ac dignum quidem, vt ab artis principe promatur. Quotidie obseruamus quatuor anni tempora plurimum variare, hyememq; interdum asperam, interdum clementem; aliquando maximis perflatam ventis, aliquando ab omni aura silentem; ver pluuium interdum frigidumq;, siccũ aliquando & serenũ; æstatem, solito calidiorem; autumnum frigidiorem ad nos redire. quæ res, cũ sol temporum quatuor causa autorq; eundem semper sitũ teneat, eadéq; signa lustret, doctis viris magna fuit occasio dubitandi. Ego, ne longius quàm par sit protrahatur oratio, quid in tribus sectis Græca, Araba, Latina primarij senserint, Alexander, Auerroes, D. Thomas, tantum afferam; alio loco rem totam vberrime explicaturus. Alexander Aphrodisiensis 2. Meteorōn Com. 14. illam Philosophi sententiam enarrans; vaporosa & sicca exhalatione admixtis, cum in nubem & aquam concreuerint, aliquam semper huius facultatis copiam vna comprehendi necesse esse, & rursus cum pluuia deorsum ferri; idq; semper ordine quodam fieri, quoad ea, quæ hic sunt ordinem possunt participare. ita scribit quæstionẽ hãc attingẽs. Et hoc semper fieri
,, secũdũ quẽdã ordinẽ, vt tamẽ cõtingere habet ordo in istis
,, naturalibus generalibus & corruptibilibus: nõ enim omnino
,, determinatus est, ac intransgressibilis, sicuti diuinis acci-
,, dit corporibus, sed secũdũ totũ quidẽ similis, vt in illis est,
,, secundum partes vero non omnino exactus. Hyems enim &
,, æstas secundum quamlibet periodum ex necessitate quidem
,, erunt, quod autem vel pluuiosa sit hyems vel serena, vel ci-
,, tius, aut tardius desinat, vel incipiat; non admodum or-
,, dinatum est. materia nanq; sicuti alibi declarauimus, hu-
,, iusce irregularitatis est causa, quippe quæ huiusmodi exa-
,, ctiorem, ac rectum ordinem suscipere nequit. Videturq;
huiusce sententiæ patronum habere Alexander præceptorem; qui 2. de ortu & interitu tex. 58. in materiæ ἀνωμαλίαν; in calce lib. 4. de ortu Animalium in eiusdem ἀοριστίαν omnem rerum sublunarium inordinationem videtur retulisse;
,, præclarum illud proferens axioma ' βούλεται μὲν οὖν ἡ φύσις

„ τὴν τούτων ἀριθμοὺς ἀριθμεῖν τὰς γενέσεις καὶ τὰς τελευτάς.
„ οὐκ ἀκριβεῖ δὲ διὰ τὴν τῆς ὕλης ἀοριστίαν. Quod eſt, vult qui-
„ dem igitur natura hiſce numeris generationes corruptio-
„ nesq; menſurare.at nō poteſt exactè ob materiæ indefinitio-
„ nē. quæ ſecū ipſe Cardinalis Cōtarenus cōſiderans illuſtris Ariſtotelis alumnus primo lib. de Elemētis notatū reliquit, multa in hac ſublunari plaga contingere à caſu & præter ordinem naturalium agentium, quæ non poſſunt verè referri ad aliam cauſam, præter quàm ad priuationem & non ens: in quo eſt abyſſus illa multitudinis & inordinationis; priuatio nanq; materiæ annexa incertitudinis, inæqualitatis, indefinitioniſq; omnis illius cauſa eſt; id verò omnis inordinationis. Idcirco admonet vtendum nobis in plurimis hac cauſa eſſe, quam, diuinatores cum ignorent, putant ſe ex cælesti corpore poſſe adferre omnium effectuum, qui hic producuntur, cauſas & rationes; quam etiam, cum poſteriores nonnulli Peripatetici in reddendis cauſis effectuum prætermiſerint, coacti ſunt fateri omnia euenire ex neceſsitate propter cœleſtes ac ſuperiores cauſas neceſſarias; indeq; ait vir hic eruditiſsimus natam eſſe Aſtrologiam diuinatricem cæteraſq; huiuſmodi innanes artes. Auerroes licet ſydera omnia eiuſdem eſſe ſpeciei crediderit, idq; mordicus tueri conatus ſit; nonnulla tamen cap. 4. primi Meteoron de pluuiarum cauſis differens ſcribit, ex quibus non eſt difficile colligere, quatuor temporum varietates ex ipſius ſententia poſſe aliquando ex cœleſti corpore dependere.
„ ita enim citato loco locutus eſt. Declarata igitur eſt ex hoc
„ ſermone cauſa generationis pluuiæ; & ſunt cauſæ, quæ ſe
„ habent loco differentiarum in definitione eius. declarabi-
„ tur etiam cum hoc quare ſua generatio eſt ſecundum cir-
„ culum rectè. nam maior pars iſtorum ſequitur à motu ſo-
„ lis, quamuis etiam apparet, quod luna habet in hoc intro-
„ itum paruum, cum diminuitur lumen eius. & ideo multi-
„ plicantur pluuiæ in illa hora ſecundum plurimum id eſt in
„ fine menſium. nam propter paucitatem luminis eius acci-
„ dit aëri etiam in illa hora frigiditas intenſior cum hoc,
„ quod illa frigiditas eſt conueniens, vt fiant ex ipſa pluuiæ

& pro-

» & propter hoc dicitur; quod natura lunæ est frigida & hu-
» mida, & simile huic videtur accidere soli, cum est cum ali-
» qua stella, seu cum habet certum aspectum ad certam stellã;
» id est quod tunc fit quædam habitudo, ex qua causatur
» multitudo pluuiarum, & è conuerso, sicuti dicitur de com-
» bustione Veneris & aliarum. Item cap. p. 2. eiusdem ope-
ris de causa salsedinis maris sermonem habens insigniũ mu-
tationum, quæ hìc eueniunt, causas in cœlestia corpora vi-
» detur retulisse. Causæ autem, inquit, remotę sunt motus
» solis in suo circulo obliquo, & motus aliarum stellarum.
» nam sicuti hæc sunt causæ vltimæ in termino omnium gene-
» rationum & corruptionum (nam vt diximus causa in cor-
» ruptione multorũ entiũ est propter remotionẽ eorũ, & pro-
» pinquitas eorũ est causa in augumentatione, seu generatio-
» ne eorũ) ita est dispositio in corruptione partium terræ, &
» marium & in generatione eorum. D. Thomas Albertum
Præceptorem secutus, & 2. sent. Dist. xv. & in Comment.
super libros de Cœlo passim inculcat, sydera omnia tùm er-
rantia tùm inerrantia specie differre, & speciales propriasq;
habere virtutes in hæc inferiora, ab eisq; rerum varieta-
tem prouenire: vt non calorem tantum, (quem communem
esse per lumẽ & motum cælestium corporum effectum, om-
nes statuunt,) sed frigus etiam & humorem, & siccitatem
aliaq; huiusmodi stellas efficere posse velit. quamobrem
præcitato loco in primo scripto Art. 2. argumentum illud
profligaturus, quo modo (si vbi eadem causa est, idem &
esse effectus debet, corpora vero cælestia communiter mo-
tum & lucem habent; ex quo & eundem tantum effectum
causare omnia posse videntur) fieri nihilominus queat, vt
infrigidare etiam & exsiccare eorum aliqua valeant; ita re-
» spondet. Ad quintum dicendum, quod lux quantum est de
» se semper est effectiua caloris, etiam lux lunę; vnde dicit Phi-
» losophus in lib. de Animalibus, quod noctes plenilunij sunt
» calidiores: sed præter naturam lucis, quæ communis est
» omnibus corporibus cælestibus, qualibet stella habet vir-
» tutem determinatam consequentem suam speciem: ratio-
» ne cuius lux eius & motus habet vel infrgidare, vel hume-

ctare:

,, ſtare: & ſic de alijs: ſicuti etiam & præter motum commu-
,, nem, qui eſt motus diurnus, quilibet orbis habet motum
,, proprium. atq; in eandem ſententiam loquitur in 2. ſcri-
pto eadem xv. Diſt. quæſt. vnica Art. p. in reſp. ad p. & pri-
ma parte Summæ q. 70. Art. p. in reſp. ad 2. Proinde libro
ſecundo de Cœlo lectione xvi. Auerroem reprehendens, qui
aſtra eiuſdem eſſe ſpeciei aſſerebat, præter alias rationes
,, hãc eandẽ affert, ita ſcribens. Dicit autem Auerroes in ſuo
,, cõmẽtario quod omnes ſtellę ſunt eiuſdẽ naturæ in ſpecie;
,, quod quidem manifeſte eſt falſum; primo quidem quia ſi
,, eſſent eiuſdem ſpeciei, haberent eaſdem ſpecie operationes,
,, & eoſdem effectus, ſicut patet in omnibus rebus naturali-
,, bus eiuſdem ſpeciei. atq; hanc eandem opinionem Scotus,
cæteriq; poſtea omnes ſecuti ſunt in ſcholaſtica diſciplina
illuſtres, qui ex horum fontibus hortulos ſuos irrigauere.
omnibus 2. ſentent. vnanimiter aſſerentibus, quarta die De-
um opt. max. dum orbem conderet, ſpeciales ſyderibus vir-
tutes indidiſſe, quibus tam multa variaq; in eo producan-
tur. Sequitur autem ex his ſolem non eſſe ſolum quatuor
anni temporum, varietatiſq; eorum autorem, ac modera-
torem, verum pro vario reliquorum ſyderum influxu & af-
flatu annum variare; quod quidem D. Thomas animaduer-
tens, ita in ſecundo ſcripto Diſt. xv. 2. ſentent. quæſt. vni-
ca, Art. p. in reſp. ad 3. de cauſis varietatis quatuor anni tẽ-
,, porum ſtatuit: Ad tertium (ait) dicendum, quod licet ſo-
,, lis proprium ſit diſtinguere diem à nocte, annos tamen &
,, quatuor anni tempora, quantum ad eſſe eorum & quantum
,, ad eorum diſpoſitionem, eſt etiam aliorum luminarium.
,, Nam ſi ſolus ſol eſſet, omni anno ver & æſtas, & alia tempora
,, eſſent eiuſdem diſpoſitionis in calore & frigore. accidit
,, autem in eis varietas propter alia luminaria. Quod idem p.
,, parte Summæ q. 70. Art. 2. in reſp. ad 3. his verbis confir-
,, mauit. Sed ſpeciales diſtinctiones dierum & temporum,
,, ſecundum quod dies eſt calidior die, & tempus tempore,
,, & annus anno, fiunt ſecundum ſpeciales motus ſtellarum,
,, qui poſſunt intelligi quarta die incepiſſe. Verum ſatis mo-
do: nos enim impreſentiarum tanq; Sceptici hac in re aſſen-

ſum ſu-

ſum ſuſpendimus, alio loco dicturi, quæ nam fuerit de hac obſcuriſsima quęſtione mens præceptoris; & vtrum ſuppoſita luminis tantum, ac motus in aſtris communi proprietate, varietas tamen ex ipſis effectuum poſsit emanare, quæ ſenſuum fide quotidie experitur: de qua re nonnulla etiam in ſchol. 22. in proœmium opuſculi de pluuiarum ſignis tetigimus. enimuerò, vt Ptolemæus p. lib. Quadripartiti cap. de Planetarum viribus inquit; quinq; erronum vires de obſeruatione configurationum, quos cum ſole & luna efficiunt, inuentæ ſunt: cum hos quidem vno modo, illos vero alio, lumina ipſa aſpicientes, ſecundum magis & minus ambientis aëris ſtatum mutare videamus. quamobrem cum frequenti, & diuturna experientia animaduerſum ſit, ex aliqua Saturni cum ſole, aut luna configuratione aërem ad frigiditatem, ex aſpectu Iouis ad calorem, ex Veneris radijs, aut Martis ad pluuias, & ſiccitatem permutari, veteres Aſtrologi atq; inter illos magnus Aſtrologiæ pater Ptolemæus vires ſimiles ſingulis impartiuere. quam profectò experientiam ſi negare volumus, artium omnium ſcientiarumq; principium ortumq; tollere cogimur, ac labefactare. Hac igitur fretus diuinus artifex, vt vnde digreſſa eſt eo redeat oratio, inquit hoc loco quatuor anni tempora interdùm quidem properare, interdùm vero remorari ob Syzygiarum ſolis & lunæ interualla & qualitates, quæ ob Planetarum configurationes intenduntur plurimum & remittuntur. quam ſententiam cap. 10. ſecundi Quadripartitæ tractationis ſic expreſsit, de præuidendis quatuor anni temporum
„ temperamentis agens. Sed conuenientius mihi ac natura-
„ lius videtur ad annuas inſpectiones quatuor principia
„ conſtituere, obſeruatis proximè præcedentibus Syzygijs
„ ſolis & lunę cũ interlunij tùm plenilunij, atq; imprimis rur-
„ ſus defectiuis. atq; ita de ♈. principio iudicium facere de
„ ſtatu veris. De æſtate à ♋. de autumno à ♎. de hyeme à
„ ♑. Nam ipſe ſol quidem vniuerſales temporum conſtitio-
„ nes & modos facit, vnde & penitus imperiti Mathematum
„ futura prænoſcunt. Sed & proprietates ſignorum ad ſigni-
„ ficationes ventorum & generalium naturarum aſſumendæ.

Tem-

„ Temporalium autem mutationũ incrementa & diminutio-
„ nes indicabunt vniuerſaliter quidem vicinæ prædictis pun-
„ ctis Syzygiæ & erga has ſtellarum errantium configuratio-
„ nes. Et cap. 12. infra. Vna eſt ratio generatis reſpectu qua-
„ drantum ſigniferi qua, vt diximus, obſeruanda ſunt proxime
„ antecedentia æquinoctiales, ac tropicas ſignificationes in-
„ terlunia, ac plenilunia, horumq; vtrorumlibet in vnoquoq;
„ propoſito Climate cardines, tanquam genituræ tempore,
„ conſtituendi, tum cognoſcendæ dominatrices ſtellæ cum
„ interluniorum, tum pleniluniorũ loci, & ſequentium hunc
„ cardinum, ſicut ſupra in deliquiorum doctrina expoſuimus,
„ atq: ita vniuerſalia de proprietate quadrantum exquirere;
„ ſed intentiones & remiſsiones de dominantium ſtellarum
„ natura, cuiuſq; modi, ac conſtitutionis effectionem illæ ha-
„ bent perdiſcere oportet. Hæc ille, ex quo loco facile col-
ligimus Ptolemæum huius quoq; opuſculi fuiſſe autorem, cum vtrobiq; eadem eodem ingenij acumine doceantur. Erit igitur ſecundum Ptolemæi dogmata proximè præcedens cardinalia puncta nouilunium, ſeu plenilunium conſiderandum, atq; ex alterius horum diſtantia, planetarumq; dominio de ſequentis temporis ſtatu decernendum; quod ad ſecundam, ex temporum ſex differentijs, quas ex eodem Ptolomæo Schol. 29. in proœmium de Pluuiarum ſignis recenſuimus, pertinere, nemo non videt. Sed non leuis oritur dubitatio, quo videlicet pacto veritatẽ habeat quod inquit autor, de celeritate tarditateq; temporum anni ex lunaribus hiſce ad ſolem aſpectibus eſſe iudicandũ: cum enim non poſsit maior eſſe quàm dierum 13. vel 14. à cardinalibus punctis nouilunij diſtantia, vel plenilunij, non videtur citius poſſe incipere futuri temporis temperamentum: tardius autem initium facere non poterit, cum Ptolemęus proximè præcedentem ſemper obſeruandam præcipiat configurationem. atqui non ſemel obſeruatum fuit multo ante, aut poſt, ipſas tempeſtates temperationis initium interdum ſumere. Reſpondeo duo eſſe in Ptolemæi verbis conſideranda & τὰς διαςάσεις Syzygiarum, & τὰς ποιότητας. diſtantiam nanq; nouilunia, ſeu plenilunia à Zodiaci parte, in quã

cadunt

cadunt, nanciſcuntur; quam, certũ eſt, dierum circiter quatuordecim ſpatio maiorem eſſe non poſſe; ita vt diſtantiæ huius ratione tempora ipſa totidem diebus non pluribus anticipare queant: qualitates verò à dominantibus planetis recipiunt, quorum ratione, tempus vnum alterius naturam, ac temperationem facile induit, propriamq; amittit; vt idcirco tempore multo longiore properare, aut remorari valeat. etenim proximè præcedat exempli gratia æquinoctium vernum nouilunium, cuius dominium Mars & Iupiter habeant; ver calidum erit & ſiccum, vnde tranſibit in æſtatis temperamentum, atq; æſtas propterea ipſa multo ante ſolſtitium incipiet: declinante enim vere iam exactam æſtatis temperiem vigere neceſſum erit. Rurſus æſtiuum ſolſtitium diebus quatuordecim plenilunium anticipet; dominatrixq; ſtella ſit Saturnus. clarũ eſt; quanquam diſtantiæ ratione diebus 14. ante ſolſtitium temperamentum æſtatis initium facere deberet, fore nihilominus, vt diutiſsimè incipiat ob Saturni dominium, qui frigidiorem reddet æſtatem: ſubindeq; multo tardior erit æſtus. quamobrem non diſtantiæ tantum lunarium aſpectuum, ſed qualitates præſertim ipſæ attendendæ ſunt, quarum ratione Ptolemæi ſententia veritatem maximè habet.

36 Vel ob aliquam regionis proprietatem.) ſententia maxima digna animaduerſione. regionis enim proprietas plurimum intendere poteſt, aut remittere, quin etiam & fortaſſe impedire apparitionis, quæ in ea fit, ſignificationẽ. De locorum autem proprietate ſic Ptolemæus cap. 3. „ lib. ſecundi Quadrip. Vt enim in prædictis conſtitutioni- „ bus aëris, & ijs quos generaliter calidos, frigidos, tempera- „ tos eſſe perhibuimus, certorum quædam ſunt proprietates „ locorum ac regionum, vbi illa generalia intenduntur re- „ mittuntur ve, vel ob poſitus ſui naturam, vel altitudinem, „ vel humilitatem, &c. de qua ſane regionum proprietate mirè Hippocrates libello de Aere, Aquis, & Locis diſſeruit. Sit igitur humilis regio, à ventiſq; tecta exempli gratia orientalibus; etſi apparitio ſubſolanum vehementem promittat, ventum hunc tamen plerunq; non ſentiet.

 37 Pro-

37 Proximorum ſolis ac lunæ.) Omnia quæ hic docentur maximi momenti ſunt, totumq; vſum obſeruationum, apparitionumq; complectūtur. quæ commode quinq; poſſe capitibus explicari credimus. Primum apparitiones ipſas ſtellarum inerrantium ad propoſitū Clima cōſtituere oportet. Secundo animaduertere, quæ apparitiones proximæ ſint diebus lunariū aſpectuum, ſed tetragoni radij potiſsimum, coitus, & plenilunij, maximeq; diebus, qui proximè nouilunia & plenilunia antecedunt. inquit enim diuinus
,, viri, καὶ ταῖς πρὸ συνόδου μάλιστα καὶ πανσελήνου Tertio, Planetarū configurationes & dominia in ipſos aſpectus animaduertēda ſunt, futurę enim ſignificationis qualitatem oſtendunt. Quarto apparitionum diebus ſol in duodecim ſigna tranſitus obſeruandi. Quinto peculiaris natura regionis & proprietas conſideranda.

38 Veneris quidem ſtella.) Aut locus hic omnino corruptus eſt, aut Ptolemæus ſibi ipſi contrarius. nam lib. primo Quadripart. cap. de Planetarum viribus, ita de Ve-
,, nere idem autor ſcribit. ſtella Veneris eoſdē habet effectus,
,, quod quidem ad temperationem attinet, quos ſtella Iouis.
,, ſed ratio eſt diuerſa: nam quod vicina eſt ſoli, nonnihil ca-
,, lidifica eſt, ſed multo vehementius humectat, quemadmodū
,, & luna, propterea quod ingenti luce prædita attrahit exha-
,, lationem humidā è proximis terræ locis. itaq; Veneris ſtella, contra quàm hic adſtruitur, humidas, non calidas conſtitutiones in aëre producet. vnde & pluuiarum mater paſſim Venus ab Aſtrologis vocatur.

39 Iouis humidas.) Et de Iouis ſtella eadem eſt in Ptole-
,, mæi dictis contrarietas. enimuero ſic citato loco de Ioue
,, decernitur. ſtella Iouis temperatæ naturæ eſt. Media enim
,, fertur inter frigidificā Saturni & æſtuoſam Martis. Calefa-
,, cit autē & humectat, ſed quia calefaciēdi vis pręcellit, ideo
,, fæcundi ab ea venti excitantur. Quamobrem Iupiter non humidæ conſtitutionis, vt hic ſibi ipſi contrarius aſſerit Ptolemæus, ſed calidæ erit omnino autor.

40 Mercurij demum humidas ac ventoſas) Et rurſus de Mercurio eadem eſt diſſenſio; quādoquidem ſic de eo pręcitato

„ citato capite. Mercurij ſtella vt plurimum areſacere,æqua-
„ literq; humores abſorbere reperitur; propterea quod non
„ valde longè à ſole recedat. Aliquando tamen & humectare
„ deprehænditur, cum ſuperpoſita ſit terræ proximo orbi lu-
„ næ. Vnde ſi magis areſaciendi vim habet quàm humectan-
di; ſiccas potius quàm humidas in aëre conſtitutiones cau-
ſabit. In eandemq; ſententiam videtur locutus 2. lib. cap.
8. vbi de Mercurio ſic: græca nãq; adducam, vt clariora; περὶ
„ δὲ τὸ περιέχον μαλλὸν ξηρὸς ὤν. &c. quod eſt. In aëre ma-
„ gis ſiccitatis eſt autor. De Ioue. εὔκρατον δὲ τὴν τῶν ἀέ-
„ ρων κατάστασιν καὶ ὑγιεινὴν, καὶ πνευματώδη καὶ ὑγρὰν &c.
„ id eſt & in aëre temperatam conſtitutionem operatur, ſalu-
„ brem, ventoſam, & humidam. Demum de Venere περὶ δὲ τὰ
„ τοῦ ἀέρος πνευμάτων εὐκράτων καὶ διύγρων καὶ θρεπτικωτάτων
„ καταστάσεις, εὐαερίας τε καὶ αἰθρίας, καὶ ὑδάτων γονίμων δαψι-
„ λεῖς ἐπομβρίας. id eſt in aëre ventos ciet temperatos, hume-
„ ctantes, maximèq; nutrientes, aëremq; ipſum placidum ac
„ ſerenum reddit, fæcundiſq; imbribus abundantem. Quid
ergo in tanta difficultate dicendum? ſubeſſe .n. mendum
pugnantes tanti viri ſententiæ facile ſuadent. At è contra
quod in tribus ſtellis contrarietas hæc notetur, id autori
potius quàm ſcriptori videtur tribuendum. eſto enim quod
librariorum incuria vnus tantus locus mendis ſcateret; tri-
pliciter quidem vno aut altero interiecto verbo librarios
fuiſſe lapſos, longe videtur à ratione alienum. ſed & lon-
gius ab ea abhorrens quod tantus vir Ptolemęus adeo tur-
piter ſibi ipſi in re præſertim tàm graui aduerſetur. Ego
quidem, veram doctis Viris nodi huius diſſolutionem relin-
quens, dicere tamen pro ingenij mei tenuitate audeam (vt
aliorum ſtudia promoueam) aliter eſſe de horum trium pla-
netarum viribus, quod pertinet ad diurnas breuioreſq;
conſtitutiones cauſandas, fortaſſe decernendum, aliter ſi
eos per ſe & tãquam diuturnarum longiorumq; mutationũ
autores conſideremus. Ptolemæus experientia duce atq;
magiſtra in deliquiorum dominio, atq; in quatuor anni
temporum temperamento ex lunaribus aſpectibus conſti-
tuendo, fortaſſe obſeruauit Mercurium ſiccitatis magis

Iouem caloris eſſe autoré, Venerem humiditatis, ideoq; in Quadripartito vbi & naturam planetarum per ſe expendit, eoſq; tanquam longiorum mutationum cauſas contemplatur, Ioui, Veneri, & Mercurio vires iam expoſitas impartit. At in hoc opuſculo, vbi illos veluti diurnæ & breuiſsimæ mutationis effectores accipit, Ioui è contra humectandi, Veneri calefaciendi, Mercurio rurſus humectãdi tribuit facultatem: nimirum quia expertus fuerit, ſi apparitionis die cú lunari aſpectu vel cum ſtella cõſentiant, ſimiles in aëre eos cauſare mutationes: quod quidem non caret fortaſſe omnino ratione. enimuero Venus ideo humida ponitur à Ptolemæo, quia exhalationes luminis efficacitate è terra haurit. atqui in tam breui temporis ſpatio, quãtum nox eſt vel dies paucas euocabit; quas idcirco luminis ſui copia, cum ſydere præſertim inerrante & ſole cõſentiens, facile abſumet; propterea in diurna aëris conſtitutione caliditatem magis & ſiccitatem luminis copia operabitur, quàm humiditatem. è cõtra Iupiter, tanquam imbecilliore lumine præditus, exhalationes, quas elicit, & commouet, abſumere nõ poterit; idcircò in diurno ſtatu humiditatis potius erit autor. idq; cum eo conſentit, quod de Ioue & Venere cap. 8. 2. lib. Quadrip dictum eſt, humidas ipſum conſtitutiones operari, Venerem ſerenas; quarum altera pluuias aſſeclas habet, altera calorem. Demum Mercurius humiditatis ponitur in diurna conſtitutione nõ abs re molitor; quoniam vt ex pri. Quadrip. probatum eſt, humiditatem efficit, quatenus lunæ eſt proximior: atqui in apparitionibus cum lunari aſpectu plerunq; ipſum conſentire neceſſe eſt. Verum experientia potius quàm ratio ipſa, de quæſtionis huius veritate nos faciet certiores; qua fretum Ptolemæum hæc monimentis mandaſſe reor.

41 Quarundam apud Veteres illuſtrium ſtellarum.) locus hic cogit me vt credam, multo aliter Ptolemæi verba capitis 12. lib. 2. Quadrip. eſſe interpretanda, quàm fecerim annot. 3. in Proœmium opuſculi de Pluuiarum ſignis. Vergiliæ enim, Hædi, Vindemiator, ac Delphinus, et ſi quæ aliæ huiuſmodi ſunt [illegible], quemadmodum hic inquit

Ptole-

Ptolemæus, vtpotè à Veteribus obseruatæ, dici possunt, sed λαμπρότεραι, seu λαμπρότεραι neqquaquam, ob magnitudinis luminisq; exiguitatem; itaq; eo quoq; in loco stellas primę tantum, ac secundæ magnitudinis Ptolemæus intellexit.

42 Quarum magnitudinem.) Verba maximè notanda, quibus se insignem peripateticæ philosophiæ sectatorem ostendit Ptolemęus; omnem stellarum actionem in earum lumen referens, vt propterea obscurissimo lumine præditas omnino reijciat. Itaq; de illius sententia omnem in aëre mutationem alterationemq; sydera lumine non occulto influxu causabunt, luminisq; ob motum varietate. Appertissimè nanq; hoc loco affirmat, fulgentem Hyadum, Capitã, similesq; primæ & secundæ magnitudinis stellas ob magnitudinem earum; & quod in idem redit, ob ingentem lucem aërem alterare posse, cum apparitiones efficiunt, rationi esse consentaneum.

43 Thoth.) Lilius Gregorius Gyraldus Ferrariensis in opusculo de Annis & mensibus sic de Anno & mensibus Ae-
„ gyptijs, anniq; principio. Sunt & Aegyptiorum menses hi,
„ quos obseruauimus. τύβι, μεχείρ, φαμενὼθ, φαρμουθὶ, πα-
„ χὼν, παυνί, vel vt alij παῦνί, ἐπιφί, μεσορὶ, θωθ, παφί, vel
„ vt alia est lectio, φαῶφι, ἀθύρ, χυακ, vel vt alij χοιαχ, vel po-
„ tius χοιάκ. Certe hos Aegyptiorum menses Isacius ægypti-
„ us, & Aetius medicus viri doctissimi, qui Alexandriæ ver-
„ sati sunt, hoc modo commemorant: ille in demonstratione
„ quam, & alibi citauimus, hic in duodecimo suæ medicinæ
„ volumine. Sic à Septembri exordientes, Thot, Phaophi,
„ Athyr, Chæac, Tybi, Mechir, Phamenoth, Pharmuthi, Pa-
„ chon, Payni, Epiphi, Mesori. Quo eodem modo & Bedas
„ vir multæ lectionis, qui & ipsos nostris mensibus coaptat.
„ Aegyptij, inquit, propter ocyorem lunæ discursum, men-
„ sem ad solis cursum reduxerunt. Toth. inquit. iiij. Cal.
„ Septem. Phaophi iiij. Cal. Octob. Athyr iiij. Cal Nouemb.
„ Chæac v. Cal. Decemb. Tybi vj. Cal. Ianuar. Mechyr. vij.
„ Cal. Februar. Phamenoth. v. Cal. Mart. Pharmuthi vj. Cal.
„ April. Pachon vj. Cal. Maij. Payni vij. Cal. Iunij. Epephi vij.
„ Cal. Iul. Mesori viij. Cal. Augusti. Quem x. Cal. Septemb.

die

„ die terminant; residuosq; quinq; dies ἐπαγομένους, vel inter-„ calares, siue additos vocant. Quibus etiam quarto quoq; „ anno diem sextum, qui ex quadrantibus conficitur, annec-„ tunt; & hæc consonant his, quæ ante de Intercalatione do-„ cuimus. Porrò si accuratè hanc Bedæ descriptionem obser-„ ues, facile quædam emendabis, quæ sunt in Epistola D. Am-„ brosij ad Aemiliæ Episcopos de ratione Paschatis, vbi & „ perperam inuersa sunt nomina quædam mensium ægyptio-„ num, & alterum pro altero. Græca etiam Arati Commen-„ taria aliquando parum rectè respondent, vt cum scribunt „ Epephy Augustum esse, cum alibi Iulium tradiderint. ex-„ tat vero græcum Epigramma incerti autoris, in quo hoc mo-„ do mensium nomina referuntur, & quid quoq; mense apud „ Aegyptios agatur, duodecim versibus declaratur; quod lib. „ p. Epigrāmatum legitur ἀρχὰς καὶ μῆνας. sic autem habet, vt „ meis versibus referam: incipit verò à Septembri.

Primus Thoth docuit falces inferre racemis.
Capturamq; Phaophy dabit piscantibus amplam.
Pleiadum sed Athyr vergentia tempora monstrat.
Chœac cultarum segetum mox germina pandit.
Tybiq; purpureum consultum vestibus ornat.
Nauigijsq; Mechyr signat percurrere marmor.
Ostendit Phamenoth duri fera prælia Martis.
Sed Pharmuthi rosis vernis prænuncius extat.
Florentesq; Pachon campos iam falcibus vrget.
Nuncius autumni, & fructus solet esse Pavni.
Vuam pampineus retinens maturat Epephi.
At Nili Mesori fœcunda exuberat vnda.

Hæc Giraldus ex cuius eleganti disputatione satis constat, qua ratione in hoc libello primus dies mensis Thoth diei 29. Augusti respondeat; Alexandrini enim Aegyptijq; à iiij. Cal. Septembris id est à 29. Augusti Annum auspicabantur; at primus anni mensis Thoth erat apud illos; itaq; necessario primus dies Thoth Augusti 29. respondet. ꝙ etiam Paulus Migdelburgus Forosempronienis Episcopus mathematicusq; insignis tertio lib. de recta pascheę celebratione notatum reliquit; scribens Alexandrinos primum diem anni à

quarto

quarto Calendas Septembris auspicari. Verum difficilis oritur dubitatio; ijdem enim hi menses ægyptij, quorum idem autor Ptolemæus in libris Magnæ constructionis tàm sæpe mentionem facit, neq; his, qui hoc loco commemorantur; neq; illorum dies, nostrorum mensium diebus respondent. Ptolemæus nanq; lib. 3. illius operis cap. 2. de magnitudine annui temporis agens, testatur se vernale æquinoctium Alexandriæ septimo die Pachon obseruasse. ita
„ enim inquit. In 463 anno ab Alexandri morte æquinoctium
„ vernale nos inuenimus septimo die Pachon post meridiem
„ vna proxima hora. Solstitium vero æstiuale die xi. Mesori.
„ Nos autem, vt, in dicto 463. anno ab Alexandri morte ex-
„ actissimè computauimus vndecima die Mesori post mediam
„ noctem, quam duodecima sequebatur, proximè factum. Cæterum in hoc libello, vernum æquinoctium die 26. Phamenoth esse notatur. æstiuum solstitium prima die Epephy. Itaq; cum satis constet Ptolemæi ætate vernum æquinoctium fuisse circiter diem 22. Martij; æstiuum solstitium circiter 24. & 25. Iunij; qua ratione diei 22. Martij modo Pachon septima, modo 26. Phamenoth. diei vero 25. Iunij, modo vndecima Mesori, modo prima Epephy dies respondere posśint, non est facile videre. Augetur dubitatio, quoniam ex sexto præcepto Prutenico, (quo loco Erasmus Rheinoldus Mathematicus insignis docet, dato annorum numero à Christo porrò vel retro, datum diem anni Aegyptij ad quẽ diem quadret anni Iuliani inuenire) habetur septimam diẽ Pachon ad 22. Martij, vndecimam Mesori ad 24. Iunij quadrare. quod sic ostendo: floruit Ptolemæus post Christũ dominum ann. 140. quibus per 4. diuisis exit 35. quem numerum interea adseruo. inde in area Canonis quæsiti dies septem Pachon iuxta se exhibent 116. dies collectos ab initio anni, à quibus ablati 35. quoniam dati anni sunt post Christum, relinqunt dies 81. Hi iam in area Canonis inuenti extra in sinistro margine monstrant 22. diem Martij, qui scilicet mensis in capite Canonis adscriptus est. Similiter dies vndecim Mesori exhibent 210. dies collectos, à quibus ablati 35. relinquunt 175. dies, quibus respondent dies 24.

Iunij.

Iunij, cum tamen si Aegyptium annum à die 29. Augusti incipiamus, vt inchoandũ esse à Gyraldo adducta testimonia probant, libelliq; huius cogit autoritas, dies septima Pachon ad secundam Maij, vndecima Mesori ad quartam Augusti quadrent; æquinoctiumq; vernum, vt diximus, die 26. Phamenoth, æstiuum solstitium prima Epephy die conficerẽtur. Diuersitas hęc (fateor) diu multumq; me torsit; cæterum, cum in memoriam tandem venisset, antiquos Aegyptios ab exortu Caniculæ seu Syrij primum anni diem inchoasse, statim inuenta veritate difficultas omnis sublata est. Aegyptium vero annum olym ab exortu Caniculæ principium habuisse, ideoq; κυνικὸν fuisse dictum, satis clare, vti alios nunc taceam, Rheinholdus quarto præcepto Prutenico testatur. de qua re Gyraldus quoq; citato opusculo ita scripsit. Sunt ad hæc qui annum inchoent à Vergiliarũ
„ exortu; alij ab earundem occasu, vt Censorinus docet,
„ & pleriq; rerum rusticarum scriptores; alij à Canis ortu,
„ vt antiqui Aegyptij, qui stellam ipsam σώθιν vocabant, &
„ ab eius exortu qualis futurus eo anno rerum euentus edoceri
„ putabant, qua de re & alia ab Horo Aegyptio prodita
„ sunt. quẽ profectò morem, quod pertinet ad futuros euentus ex Caniculæ ortu prædiscẽdos, Cęos quoq; habuisse annot. 38. in Opusculum de Tempestatum signis Marci Tullij autoritate ostendimus. quin etiam & Pierius Valerianus libro 39. commemorat per Isidis effigiem Aegyptios annum suum indicasse, Isidem vero in cælestibus astrum esse Sothin Aegyptiaca lingua nuncupatũ, ἀστροκύωνα Gręca, quasi astrocanem dixeris, nempe Syrium & Caniculam. Simpliciter verò stellam hanc in Isidis honorem Aegyptios coluisse, quod ortu suo ingentes apud ipsos pluuias concitare solet, quibus Nilus crescat, vnde sibi victui necessaria comparabant; annumq; ex hieroglyphico huiusmodi intellixisse, quòd annum ab istius syderis ortu auspicabantur. Ex quo & apud
„ Ptolemæum legimus cap. 10. lib. 2. Quadripart. Solstitium
„ longissimum diem edit, & Aegyptijs inundationem Nili,
„ ac ortum Caniculæ significat. Cum autem Alexandrini postea annum à die 29. Augusti inciperent, hinc varietas omnis

nis ortum duxit. Ptolemęus igitur veteres secutus Aegyptios in magnæ Constructionis libris annum ab exortu Caniculæ auspicatus est. Vnde cap. 3. septimi non semel videmus mensibus verba hęc, secundum Aegyptios, eum
„ addidisse; siquidem scripsit, Athir secundum Aegyptios die
„ vigesimonono, & mox Tybi secũdum Aegyptios die quinta;
„ deinde Thot secundum Aegyptios septimo, & sępe alibi: qua
„ additione non ociosè facta, monet aliter de mensibus secundum veteres Aegyptios; aliter secundum recentiores Alexandrinos esse iudicandum. Cæterum Canicula Ptolemæi ætate circiter diem 19. Iulij Alexandriæ oriebatur; ex quo & in hoc libello paulo post scilicet die 22. Iulij emersum illius annotatum inuenimus in Climate eo, in quo dies maximus horarum est quatuordecim, quod Alexandrino horizonti ferè conuenire satis est clarum. quamobrem tunc dies primus primi mensis anni, Thoth videlicet, ad diem 19. Iulij quadrabat; ac subinde alijs in mensibus æquinoctia & solstitia incidebant hoc accepto principio; in alijs Alexandrinorum supposito initio: vnde nulla est contrarietas, diuersitas nulla. inter diem enim 19. Iulij & diem 29. Augusti intersunt dies 41. quos si mensium Aegyptiorum diebus in hoc opusculo digestis perpetuo addas; dies anno Cynico Ptolemæi ætate respondentes habebis. Exempli gratia positum est supra die 26. Phamenoth æquinoctium vernum fieri consueuisse; atq; hoc quidem ducto à die 29. Augusti anni initio; si igitur à die 26. Phamenoth dies 41. numerabis; in diem 7. mẽsis Pachon eos terminare comperies: quamobrem pronunciandum erit die 7. huius mensis, anno scilicet Cynico, qui à Canis exortu initium sumit, æquinoctium vernum fuisse; & de reliquis eodem modo. quandoquidem autumnale æquinoctium die 28. Mensis Thoth in hoc opusculo fuisse ponit; vnde si addas dies 41. hoc dierũ interuallum in 9. diem mensis Athyr incidere inuenies: qua die se autumnale æquinoctium Alexandriæ obseruasse cap. 2. lib. tertij Magnæ constructionis testatur Ptolemæus. Verum de duplici anni Aegyptij principio, deq; dierum in mensibus Aegyptijs ordine satis dictum; qua comperta differentia,

ſerentia, multa difficilia autorum loca illuſtria reddi non dubitamus: hoc tantum ſtudioſorum bono conſulentibus prætereundum nobis in huius Scholij calce non videtur; ex menſium dierumq; Aegyptiorum ſerie noſtris mẽſibus diebuſq; in hoc Opuſculo à Ptolemæo coaptata, facile ea corrigi in Epiſtola diui Ambroſij 83. ad Epiſcopos per Aemiliam cõſtitutos de celebritate Paſchatis lib. x, quæ doctè Gyraldus ſuperioribus verbis inuerſa corruptaq; legi innuit. enimuero duo ſunt in ea loca, quę emendatione egent. in reliquis nulla omnino vel exigua differentia eſt. Primo loco
,, ita ſcribitur. Deniq; in futurum Iudei duodecimo, non pri-
,, mo menſe, celebraturi ſunt Paſcha, hoc eſt tertio Kalendas
,, Aprilis ſecundum nos: ſecundũ Aegyptios autem vigeſimo-
,, quarto die Pharmenoth menſis. at hic conſtat legẽdum eſſe quarto die Pharmuthi pro vigeſimoquarto phamenoth; etenim, vt ex hoc libello patet, ad tert. Cal. April. ſcilicet ad diem 30. Martij quadrat dies quartus Pharmuthi mẽſis; quæ emendatio ex ipſomet diuo Ambroſio comprobatur, qui
,, paulo ſupra dixit. Celebrauerunt Paſcha quinta die Phar-
,, mutij menſis, quæ eſt pridie Cal. Aprilis. vt iam neceſſe ſit, ſi prid. Cal. April. reſpondet quintæ diei Pharmuthi; tert. Cal. April. neceſſario quarto eiuſdem menſis Pharmuthi re-
,, ſpondere. Alter locus eſt vbi ſic legitur. Nam tunc vige-
,, ſimo octauo die Pharmutij menſis, qui eſt ſeptimo Kalendas
,, Maij dominicam Paſchę cęlebrauimus: reſtituendum nanq; conſtat nono Cal. Maij, qui dies in hoc opuſculo; nempe 23. Aprilis, quadrat ad diem 28. Pharmuthi; idq; totum eiuſdem Ambroſij autoritate probatur, qui ſupra ita ſcripſit;
,, Ergo ſecundum Aegyptios primo menſe celebraturi ſumus
,, dominicam Paſchæ: hoc eſt ſeptimo Kal. Mai, qui eſt dies
,, trigeſimus Pharmutij menſis. Verum de his hactenus.

44 Hipparcho ventus.) Multis in locis huius libelli, nõ in hoc tantum, inuenimus ſcriptum, ἱππων; nec dubitamus ſubeſſe mendum, atq; ἱππάρχῳ eſſe reſtituendum; Ippon enim nullus percenſetur à Ptolemæo in cathalogo Mathematicorum; qui in huius libelli calce habetur. quorum obſeruationes huc traſtuliſſe ipſe inquit.

45 Hocr.

45 Hor. 15. 30. Arcturus mane exoritur.) Die 23. Septembris, siue 26. mensis Thot notat Ptolemæus ætate sua Arcturi matutinum ortum apparentem hor. 15. 30. siue dicas in quinto Climate, atq; vbi polus eleuatur g. 45. 1. extitisse; dicitq; ἑῶος ἀνατέλλει; non ἐπιτέλλει, quoniam, vt supra annot. 23. ex eiusdem sententia ostendimus, boreales stellæ vt plurimum neq; emersionem efficiunt, neq; occultationem. Cæterum, vt Ptolemei mentem facilius attingamus, singulę Arcturi apparitiones ad eandem Poli eleuationem nobis expendendæ sunt, vnius seu alterius stellæ exemplo satis, quantum in nobis est, reliqua docuisse ratis, quæ ad rem hac pertinent.

Arcturi apparitiones.

27	0	♍	Longitudo Arcturi Ptolemæi ætate.
31	30		Latitudo Borealis.
29	50		Declinatio Borealis à Ptolemæo Sept. Magnæ Constructionis posita cap. 3.
192	9		Ascensio Recta.
34	57		Diff. Ascensionalis ad Eleuationem Poli part. 45. 1. auferenda pro obliqua ascensione habenda; addenda pro obliqua descensione, quia declinatio sit borea.
157	12		Ascensio obliqua.
227	6		Descensio obliqua.
12	45	♍	Punctus ortus.
13	21	♐	Punctus occasus.
12	59		Interuallum emersionis matutinæ.
22	11		Interuallum occultationis vespertinæ.

His positis, quæ omnia secundũ neotericorum dogmata ac regulas supputauimus, facile cuiq; modo erit solis loca inuenire, in quibus cum ipse existebat, huius stellæ apparitiones contingebant. vbi tamen antea nouus rudisq; in hac disciplina miles has quatuor regulas memoriæ mandauerit.

Pro ortu matutino apparente habendo interuallum apparitionis matutinæ puncto ortus stellæ adijciendum est.

Pro ortu vespertino apparente constituendo, interuallũ apparitionis matutinæ subtrahendum est à loco opposito, ipsi ortus veri puncto.

Pro occasu matutino apparente decernendo, interuallum occultationis vespertinæ adijciendum est puncto opposito; puncto veri occasus stellæ.

Pro occasu vespertino statuendo, interuallum occultationis vespertinæ à puncto veri occasus stellæ subtrahendũ.

Si igitur emersionis interuallum p. 12. 59. puncto veri ortus Arcturi scilicet part. 12. 45. ♍. adijciamus; habebimus sole g. 25. 44. ♍. tenente Ptolemæi ætate Arcturũ è solaribus radijs exeuntẽ apparuisse in alt. Poli 45. Atqui idẽ autor ponit die 23. Septembris hunc fuisse aspectum, qua die obtinebat sol (vt rem hanc modo crassa minerua decernamus) partem circiter 27. ♍. itaq; valde exigua differentia inuenitur inter calculum nostrum ac Ptolemæi supputationem. interea tamen nota interuallum apparitionis paulo longius maiusq; à Ptolemæo supponi, nempè partiũ circiter 14. Rursus si interuallum occultationis vespertinæ part. 22. 11. à puncto veri occasus scilicet ex grad. 13. 21. ♐. auferamus. habebimus sole grad. 21. 10. ♏. tenẽte aspectum hunc accidisse. at Ptolemæus die 21. Athyr. nempe 17. Nouembris fuisse scribit; vbi item animaduertendum, ipsum non κρύπτεται dixisse, sed ἑσπέριος δύνει; nimirum quia proprie Arcturus non facit occultationem, cum occasus vespertinus in illo matutinum exortum nõ anteuertat. die verò 17. Nouemb. sol in 22. part. ♏. versabatur vel circiter; itaq; occultationis interuallum à Ptolemæo acceptum cum nostro planè consentit. Quod si puncto opposito scilicet p. 13. 21. ♊. interuallum occultationis adijciamus, iam solis locum occasus matutini tempore præfinitũ habebimus, qui esset p. 5. 32. ♋. Sed Ptolemæus trigesima die Payni fuisse hunc aspectum ponit, hoc est 24. Iunij; qua die vel sequenti æstiuum solstitium seculo illo contigisse satis ex 3. lib. Magnæ constructionis, atq; ex hoc opusculo constat; quare ex Ptolemæi calculo, sole initium ♋. ingrediente Arcturus in eleuat. Poli 45. 1. matutino occidebat; quo modo oc-

do occultationis interuallum, pro indagando occasu matutino ab eo inuentum, fuisset partium circiter 17. quod cũ in alijs stellis obseruatũ ab eo fuisse animaduertissem, cognoui tandem Ptolemæum, in ortu matutino, & occasu vespertino decernẽdo, longiora apparitionis occultationisq; interualla ac subinde arcus visionũ maiores constituere; in exortu autem vespertino & occasu matutino venando, breuiora interualla, arcusq; minores. Quod totum mirum in modum cũ ratione consentire, nemo est, qui non videat: cum maiorem distantiam requirat stella soli ferè iuncta, nimirum in ortu matutino, in occasuq; vespertino; tanquam longe illius luci proximior; quàm soli opposita, vt potè ab eius splẽdore remotissima; videlicet in ortu vespertino & occasu matutino. quod quidem tanquam maximi momenti huius artis studiosis propono considerandũ: hæc nanq; varietas in causa est, vt apparitiones calculis nostris inuentæ cum apparitionibus à Ptolemæo constitutis, vt superiùs annot. 14. tetigimus, exquisite non quadrent. Superest exortus vespertinus indagãdus, de quo nil Ptolemęus, qui plerosq; alios reliquit aspectus, vt annot. 61. infra dicemus; vnde nec nos aliquid. Cęterum video lectorem hoc in loco Arcturi apparitiones seculo nostro congruentes mirificè desiderare, cuius desiderio nos vt quadam ex parte moremgeramus, hæc subijcimus.

18	16 51	♎	Longitudo vera Arcturi seculo nostro congruens.
31	30		Latitudo borea.
21	53		Declinatio borea.
186	52		Ascensio recta.
22	23		Differentia ascensionalis ad eleuat. Poli Vrbini 43. 30. auferenda, quia declinatio sit borea.
186	52		Ascensio obliqua.
5	13	♎	Punctus veri ortus.
12	48		Interuallum apparitionis matutinæ.

His ita cognitis. Cum Eclipticæ punctum, cum quo sese Arcturus attollit in horizonte Vrbini, nimirum in lat. Poli

43. 30.

43. 30. ſit 5. 13. ♎. clarum eſt hanc ſtellam die 29. Septembris verum conficere ortum, ſole nimirum tunc temporis punctum ortus illius occupante, apparentem vero die 12. Octobris, quoniam ſol tempore illo partes 18. 1. ♎. luſtrat, quæ apparitionis matutinæ interuallum 12.48. à puncto ortus numeratum, terminant. Quod ſi horam huius aſpectus ſcire volumus, hac via progrediendum eſt.

166	28	Arcus diurnus loci ſolis .ſ. part. 18. 1. ♎.
83	14	Arcus ſemidiurnus.
193	32	Arcus nocturnus.
96	46	Arcus ſeminocturnus.
186	52	Aſcenſio obliqua puncti ortus.
203	21	Aſcenſio obliqua loci ſolis.
143	31	Reliquus arcus differentiæ, qui cum ſit maior arcu diurno ſolis, patet Arcturum nocte exoriri.
96	46	Arcus ſeminocturnus addendus.
440	17	Aggregatum ex quo Circulus eſt abijciẽdus.
360	0	Circulus integer.
80	17	Reliquus arcus qui cum ſit minor ſemicir-

culo, commutatus in horas 5. 21. 8. oſtendit tot horis præteritis à medio noctis Arcturum exoriri; nimirum hor. 17. 21. 8. poſt Meridiem diei xi. Octob. vel hor. 11.48.12. Horologij diei currentis duodecimi. Eſt autem Crepuſculi matutini initium ea die hor. 4. 53. poſt medium noctis; totaq; illius quantitas hor. 1. 34. ergo tranſactis ab initio Crepuſculi hor. 0. 28. oritur Arcturus, nempe hor. 1. 8. ante ſolis ortum. Quibus omnibus ita explicatis. Clarum eſt Arcturum ætate noſtra, nempe annis 1452. præteritis à Ptolemæi ſeculo, diebus 19. tardius aſpectum matutinum conficere: tot enim ſunt à die 23. Septembris ad Octobris duodecimam. vt ſæpe Cardanum Aſtrologiæ alioqui ſcientiſſimum demiratus ſim, qui Com. 57. 2. Quadripart. litteris mandauit, quinq: diebus poſt ſeculo noſtro ſtellarum apparitiones à Ptolemæo traditas contingere, quod rurſus, poſtquam occaſio fert, in Canicula planum facere aggredior.

Syrij seu Caniculæ emersus seculo nostro congruentis epilogismus.

8	57	♋	Longitudo vera Caniculæ.
39	10		Latitudo austrina.
15	55		Declinatio austrina.
97	11		Ascensio recta.
15	42		Differentia ascensionalis ad eleuat. Poli Vrbini.
112	53		Ascensio obliqua.
8	36	♌	Punctus ortus.
43	44		Interuallum apparit. à vero loco stellæ numerandum ex. prop. 61. Primi mobilis Regiomontani.

His positis, quoniam Canicula cum part. 8. 36. ♌. orientalem plagam sub lat. Poli 43. 30. conscendit: ergo die prima Augusti vel secunda cum sole exoritur, tunc enim sol huiusmodi locum ingreditur. Quodsi apparitionis interuallum secundum Regiomontani modum inuentum vero loco Caniculæ adijciamus; videbimus ortum heliacum apparentem illius, emersionem videlicet, confici sole part. 22. 41. Leon. occupante: quandoquidem hic Zodiaci locus interuallum partium 43. 30. terminat, à vero loco Caniculæ numeratum. Pronunciandum igitur, cum sol partes 22. 41. Leon. tenet Caniculam emergere, quod seculo nostro die 17. Augusti efficitur; at Ptolemæo in simili ferè paralello diem circiter secundam Augusti emergebat; atq; dies 15. ferè intersunt; vt Cardani regula omnino nutabunda appareat. Cæterum & Caniculę emersus horam in hunc modum exploramus.

206	18	Arcus diurnus locis ☉. scilicet partium 22. 41. ♌.
103	9	Arcus semidiurnus.
153	43	Arcus nocturnus eiusdem.
76	51	Arcus seminocturnus
112	53	Ascensio obliqua puncti ortus Caniculæ.
131	24	Ascensio obliqua loci solis auferenda.
341	29	Reliquus arcus differentiæ, qui cum sit mi-

nor

nor arcu diurno ſolis patet ſtellam noctu oriri.

76	51	Arcus ſeminocturnus addendus.
418	20	Aggregatum.
360	0	Circulus integer auferendus.
58	20	Reſiduus Arcus differentiæ, qui cum ſit mi-

nor ſemicirculo in horas commutatus oſtendit, quota hora à noctis medio Canicula exoriatur. At partibus 58. 20. reſpondent Hor. 3. 53. 20. ergo tot horæ effluxere à noctis medio. Incipit autem crepuſculum matutinum ea die hor. 3. 16. poſt medium noctis, ſcilicet hor. 8. 23. horologij diei 17. atq; tota durátio crepuſculi hor. 1. 51. ergo Canicula emergit hor. 15. 53. 20. à meridie diei 17. & hor. 9. 0. 20. horologij diei currentis 17. ab incepto crepuſculo. hor. 0. 37. 20.

46 Hor. 13. Arcturus mane exoritur.) Iam ſupra annot. 31. dictum eſt locum corruptum eſſe; & hor. 13. 30. emendandum. quod perpetuo faciendum eſt, vbicunq; lectio iſta inueniatur.

47 Hor. 15. 30. Fulgens Hyadum manè occidit.) Quod ſuperius annot. 45. dictum eſt de differentia arcuum, interuallorumq; in aſpectibus; exemplo rurſus huius alterius ſtellæ comprobare propoſuimus. in reliquis ſyderibus, qui plus ocij nacti fuerint, veritatem hanc experientur.

Fulgentis Hyadum apparitiones.

12	40	♉	Longitudo Fulgentis Hyadum Ptolemæi ſeculo.
5	10		Latitudo meridiana.
11	0		Declinatio borealis.
41	46		Aſcenſio recta.
11	13		Differentia aſcenſionalis ad eleuationem Poli 45. 1. auferenda pro aſcenſione obliqua, quia declinatio eſt borea.
30	33		Aſcenſio obliqua.
52	9		Deſcenſio obliqua.
23	0	♉	Punctus ortus.

4 53 ♉ Punctus occasus.
27 16 Apparitionis matutinæ interuallum.
13 39 Occultationis vespertinæ interuallum.

His ita cognitis, apparitionis interuallum à nobis inuentum puncto ortus additum ostendit, sole part. 20. 16. ♊. percurrente Ptolemæi ætate matutinum fulgentis Hyadum ortum apparentem fuisse, siue emersionem dicere velis. at Ptolemæus ponit die 22. Payni, nimirũ die 16 nostri Iunij, illum contigisse, quo tempore sol partes circiter 22. ♋. attingebat: itaq; & longius apparitionis interuallum ab eo acceptum fuit. Rursus occultatio siue occasus vespertinus apparens huius stellę fuisset, vt occultationis interuallũ docet, sole in part. 26. 14. ♈. existente, at Ptolemæus ponit ipsum accidisse die 21. Pharmuthi, videlicet die 16. Aprilis, quo tempore tenebat sol partes circiter 24. ♈. quamobrem, & longius occultationis interuallum à Ptolemæo suppositum videmus. è contra vero breuiora interualla hæc ab eo esse constituta, in ortu vespertino occasuq; matutino decernendo, facile ex præsenti loco coniectari possumus. inquit enim ipse die 15. Athyr, nimirum die xi. Nouembris, fulgentem Hyadum matutino occidisse; quo tempore sol part. 16. ♏. vel circiter perlustrabat, vt breuissimum occultationis interuallum in hoc aspectu supposuisse videatur. atq; hinc clarè liquet quàm verè in præfatione dixerit Ptolemæus obscuriora & minora sydera, quod ad hoc negocium pertinet, omnino esse prætereunda, cum eorum loco quæ maiore lumine præditæ sunt obseruari posſint. enimuero videmus hic fulgentis Hyadum occasum matutinum apparentem cum eodem Vergiliarum aspectu exquisitè conuenire, vt commodissime hyemis initium nunciare posſit, quod præclare citato loco significauit Ptolemęus, dicés pro Vergilijs splendidam Hyadum esse obseruandam.

48 Hor. 13. 30 Capra mane occidit.) Capra in Canonica discriptione lib. 7. Magnę Constructionis ponitur à Ptolemæo in p. 25 0. ♉. cũ latitudine boreali part. 22. 30. Quę tamen stella secundum Copernicum lib. 2. Reuolutionum; cui Erasmus Rheinholdus in sua Canonica expositione asſentitur

ſentitur, fuiſſet tunc in part. 25. o. II. longitudo nanq; me-
dia ipſius ab ea ſtella, quæ prima eſt in Aſteriſmo Arietis in
forma Heniochi ſeu Aurigæ, ponitur ab vtriſq; eſſe p.78.20.
cui ſi veram Aequinoctij verni præceſsionem ſeculo Pto-
lemæi congruentem adijciamus, vt Præceptum vndecimum
Prutenicum faciendum admonet, veram Capræ diſtantiã ab
adparenti æquinoctio habebimus. at Præceſsio vera Aequi-
noctij verni Ptolemęi ętate erat ſex o. p. 6. Scrup. prim. 40.
Scr. ſecund. 46. itaq; cũ longitudo Capræ à prima in capite
Y. ſecũdum Copernicum & Rheinholdũ ſit, vt vidimus, par-
tium 78. 20. his adiecta vera Pręceſsio conficit partes 85.o.
46. Diſtabat ergo Capra ab adparenti Aequinoctio partibus
85. o. 46. id eſt duobus dodecatemorijs 25. gr. o. 46. nimi-
rum in gr. 25. o. 46. II. verſabatur. Vel igitur inſigne men-
dum erratumq; eſt in Copernici Rheinholdiq; deſcriptio-
ne, & pro 78. 20. reponendum 48. 20. vel Ptolemæus pluri-
mum hallucinatus eſt; cum vterq; locus per integrum ſignũ
diſsideat. Experientia tamen facile litem hanc dirimet;
ſatiſq; nobis fuerit rem indicaſſe.

49 Splendida Aquilæ occultatur.) ὁ λαμπρὸς τοῦ ἀετοῦ
κρύπτεται, habet græcum exemplar vigeſima ſeptima die
Chœac; & tertia Tybi ὁ λαμπρὸς τοῦ ἀετοῦ ἐπιτέλλει. Quæ
tamen ſtella à Ptolemęo lib.8. Magnę Conſtructionis in Ca-
nonica deſcriptione inter boreales percẽſetur: veruſq; eius
locus ponitur in part. 3. 50. ♑. cum lat. part. 29. 10. borea-
li. Qua igitur ratione Ptolemæus niſi à ſeipſo maxime diſ-
ſentiens occultationem & emerſionem huic ſtellæ potuit
impartire? iã pridẽ enim ſupra ex eius mente annot. 23. ſta-
tuimus, boreales ſtellas neq; occultari neq; emergere; quem-
admodum Arcturi exemplo demoſtrauimus. An Vir ocula-
,, tiſsimus rem hanc ita explicauit? ἡ δὲ ἑῴα ἀνατολὴ προχωρεῖ
,, πολλάκις τῆς ἑσπερίας δύσεως. quod nos interpretati ſumus,
,, at matutinus exortus plerũq; in illis veſpertinũ occaſũ an-
,, tegreditur. Itaq; nõ omnes boreales ſtellę id perpetiuntur
Ptolemęo autore. Aquilęq; claram hanc vnam eſſe ex il-
larum numero calculus docebit; quem nos, contenti rem
tantum tetigiſſe, conſulto omittimus.

50 Hor.

50 Hor. 13. 30. Arcturus mane exoritur.) ἑῷος ἀνατέλλει habet græcus codex die decimaquinta Phamenoth : subesse tamen mendum non dubito, cum paulo supra die octaua eiusdem mensis vespertino exoriri Arcturum notet Ptolemæus. nec fieri posſit, vt tàm breui dierum interuallo à vespertino exortu ad matutinum Arcturus transeat. emendandũ igitur ἑσπέριος. legendũq; Arcturus vesperi exoritur.

51 Venti ingentes supernè.) Græcum exemplar ita habet die 22. Epephy. Δημοκρίτῳ ὕδατος καταιγίδες. Itaq; incuria pro Democrito Metrodorus irrepsit; quanquam nil ferè hoc refert, cum Democriti & Metrodori obseruationes planè conueniant, vt ad finem huius opusculi perbellè Ptolemæus admonuit. quid verò sit καταιγὶς cap. 3. libelli de
„ Mundo sic habes definitum; τῶν γὲ μὴν βιαίων πνευμάτων κα-
„ ταιγὶς μὲν ἐστιν πνεῦμα ἄνωθεν τύπτον ἐξ αἰφνης. quæ verba Bu-
„ deus ita transtulit eleganter. Cæterum è genere violento-
„ rum flatuum, καταιγὶς nomen est flatus ingruentis superne
„ repenteq; euerberantis.

52 Etesiæ spirant Oporæq; principium.) Ita scriptum est die 27. Epephy. Oporam autem Caniculæ emersu apud Veteres initium sumpsisse, cap. 3. 2. lib. Apologiæ Galeni Olympiodoriq; autoritate probatum est. item Etesias ex Veterum sententia eiusdem syderis aspectu flare incepisse cap. 6 3. Apologiæ, & alibi etiam in annotationibus dictum à nobis fuit; estq; manifesta Aristot. autoritas 2. Meteoron cap. 5. id perspicuè asserentis. itaq; locus hic Ptolemæi, quæ alibi disputauimus, mirificè comprobat.

53 Cæsari peristasis.) Sic die 23. Mesori; puto autem hic peristasim dicere venti mutationem. quo fortasse sensu
„ scripsit Collumella decimosexto Cal. Martij vespere Crater
„ oritur venti mutatio. Cum autem duplex peristasis sit, annua scilicet & diurna, vt Schol. 10. super tex. 51. libelli de Ventis ex sententia Præceptoris demonstrauimus: annuam peristasim (vt arbitror) hoc loco Ptolemæus intelligit, cũ paulo supra incepisse autumnum dicat, nimirum die 19. eiusdem mensis: cum annuis enim tempestatibus ventos quoq; mutari satis est manifestum.

54 Cum imbre & ventis significat.) Locus hic apertissimè docet verbum hoc ἐπισημαίνειν, mutationem ipsam actu existentem aliquando significare, de qua re supra annot. 7.

56 Vt locis, quæ circa eundem sunt paralellum.) Documentum insigne. Vniuersalem nanq; maximè doctrinam hanc facit his verbis Ptolemæus; cum non solum locis, quæ in hoc libello commemorantur, sed paralellis quoq; easdem obseruationes conuenire doceat. de qua re sic in opusculi
„ extremo idem autor egregiè. quamobrē potisfimū aliquis
„ aptare poterit Aegyptiorum significationes regionibus il-
„ lis, quæ eodem paralello subiacent & c.

57 Stellæ primæ magnitudinis.) In primæ magnitudinis stellis numerandis Cor Leonis in græco exemplari prætermissum est: quā stellā nos in calce adiecimus, vt numerus absolutus stellarum quindecim habeatur primę magnitudinis; quarum omnium vera loca ætate Ptolemæi ex septimo octauoq; Magnę Cōstructionis excerpta, itē varia nomina, naturas, declinationes, ascēsionesq; rectas à nobis inuētas, ad faciliorem eorum, quæ in hoc opusculo tractantur, intelligentiam, sequenti tabella comprehendimus.

Stellarum primæ Mag. Septentrionalis Plagæ Epilogismus.

	Long.	Lat.	Nat.	Decl.	Asc.R.
Capra. Hircus. Sinister Humerus Aurigæ.	♉ 25.0.	22.30.B.	♂ ♀	41.10.B.	45.25.
Lucida Lyrę; Vultur cadens; Fid.	♑ 17.20.	62.0.B.	♀ ☿	38.28.B.	262.26.
Arcturus.	♍ 27.0.	31.30.B.	♂ ♃	29.50.B.	192.9.

Stellarum primæ Mag. quæ in Zodiacum incidunt Epilogismus.

	Long.	Lat.	Nat.	Decl.	Asc.R.
Fulgens Hya. Palilitiū. Aldebran.	♉ 12.40.	5.10.M.	♂	11.0.B.	41.46.
Spica Virginis. Arista. Azimeth.	♍ 26.40.	2.0.M.	♀ ♂	0.30.M.	176.10.
Cor Leonis. Reg. Basiliscus.	♌ 2.30.	0.10.B.	♂ ♃	19.50.B.	124.57.
Cauda Leonis.	♌ 24.30.	11.50.B.	♃ ♀ ☿	16.23.B.	151.27.

Stella-

Stellarum primæ Mag. Austrinæ Plagæ Epilogismus.

	Long.	Lat.	Nat.	Decl.	Asc.R.
Procyō. Canis minor. Algomenisa.	♊ 29.10.	16.10.M.	☿ ♂	7.14.B.	89.25.
Humerus dexter Orionis.	♊ 2.0.	17.0.M.	♂ ☿	5.15.B.	63.4.
Pes sinister Orionis. Rigel.	♉ 19.0.	31.30.M.	♃	20.4.M.	58.0.
Canis maior. Can. Syrius. Alhabor.	♊ 17.40.	39.10.M.	♃ ♂	15.45.M.	80.7.
Splēd. Pisc. Aust. Vltima fusionis aquę ♒ Fomahad.	♒ 7.0.	23.0.M.	♀ ☿	40.56.M.	317.17.
Extrema Flu. Luc. Eridani. Acar.	♈ 0.10.	53.30.M.	♀ ♃	47.16.M.	37.5.
Canobus.	♊ 17.10.	75.0.M.	♄ ♃	51.22.M.	84.43.
Quę in Pede dextro Centauri.	♎ 8.20.	41.10.M.	♀ ♃	40.14.M.	16.725.

58 Stellæ secundæ magnitudinis.) In stellis etiam secundæ magnitudinis recensendis ex quindecim numero, quarū apparitiones notauit in hoc libello Ptolemęus; quę in capite sequentis Geminorū prętermissa fuit in gręco exēplari. sunt autē stellę omnes secūdę mag. 45. Ptolemęus tamen, vt diximus, quindecim tantū ponit. quarū longitudinē seculo illius congruentē, latitudinē, ac naturā percensere satis fuerit.

Stellarum secundæ Mag. Septentrionalis Plagæ Epilogismus.

		Long.		Lat.		Nat.
Lucida Persei.	♉	4	50	30	0 B.	♄ ♃.
Quæ in dextro Hu. Aur.	♊	2	50	20	0 B.	♂ ♀.
Lucida Auis.	♒	9	10	60	0 B.	♀ ☿.
Splēdida Cor. Borealis.	♎	14	40	44	36 B.	♀ ☿.
Cōmunis Equi & Andr.	♓	17	50	26	0 B.	♀.
Splendida Aquilæ.	♑	3	50	29	10 B.	♂ ♃.

Stella-

Stellarum secunda Mag. quæ in Zodiacum incidunt Epilogismus.

	Long.			Lat.			Nat.
Quæ in Capite præcedentis Geminorum.	♊	23	20	9	30	B.	☿.
Quæ in capite sequētis Gemi. Cap. Hercules.	♊	26	40	6	15	B.	♂.
Splēdida Boreal. Lācis.	♎	12	10	8	30	B.	♃☿.
Splēdida Aust. Lācis: luminosior Lāx australis.	♎	18	0	0	40	I'.	♄♂.
Antares seu Cor Scorp.	♏	12	40	4	0	M.	♂♃.

Stellarum secunda Mag. Austrinæ Plagæ Epilogismus.

	Long.			Lat.			Nat.
Humerus sinist. Orion.	♉	20	10	17	30	M.	♂☿.
Lucida Hydræ.	♌	0	0	20	30	M.	♄♀.
Media Cinguli Orionis.	♉	17	20	24	50	M.	♃♄.
Quę in Genu Sagittarij.	♐	17	0	18	0	M.	♄♃.

59 Quatuor in anno facit apparitiones.) Vnaqueq; prædictarū stellarū, quæ numero triginta sunt, quatuor in toto annuo cursu facit apparitiones in vnoquoq; quinq; Climatū, quę Ptolemęus enumerauit; nimirū ortū matutinū, ortū vespertinum; occasum matutinum, occasum vespertinum.

1 60 Quanquam contingit Canobum.) Stellæ inerrantes, quarum declinatio aquilonaris vel austrina complemento altitudinis Poli cuiusq; loci minor est, semper in regione
2 illa oriuntur & occidunt. Stellæ inerrantes, quarum declinatio borealis complemento altitudinis Poli maior est, sem-
3 per supra nostrum extant hemisphęrium. Stellæ inerrantes, quarū declinatio australis cōplemento altitudinis Poli ma-
4 ior est, semper infra nostrū hemisphęriū latent. Stallæ inerrantes, quarū declinatio cum regionis latitudine per additionem quadrantem circuli id est nonaginta gradus exactè complet, siue quod in idem redit quarum declinatio & complementum latitudinis regionis penitus conueniunt, huiusmodi tales nunquam subducuntur, topicæq; & horizontales dicuntur, quæ in quotidiana cœli conuersione spatio

24. horarum nunquam oriuntur, aut occidunt, ſed tantum
5 circumferentiam horizontis ſtringunt. Stellæ inerrantes, quarum declinatio eiuſdem denominationis, regionis inclinationi Poliq; latitudini æqualis eſt, verticales appellantur, atq; in data regione ſunt perpendiculares, & cœli verticem in conuerſione ſingulis diebus ſemel attingunt. His cognitis facile modo eſt percipere quod Ptolemæus de Canobo, Pede Centauri dextro, atq; de Fluuij extrema inquit; quanquam mendum ſubeſſe ſuſpicor, cum Centauri pedem dextrum etiã in quarto paralello oriri tunc, & occidere fuerit neceſſe, vt mox probabimus. Cum enim Canobi declinatio auſtralis Ptolemęi ętate eſſet partium 51. 22. patet ex primo axiomate ſtellam hanc in primo, ſecundo, & tertio paralello ortum feciſſe & occaſum; declinatio nanq; prædicta cum complementis latitudinum ſiue Poli eleuationum comparata perpetuo minor eſſe inuenitur. ſiquidem primi paralelli complementum eſt part. 66. 9. vt Poli eleuatio p. 23. 51. ex gradibus 90. ablata oſtendit: ſecundi Paralelli part. 59. 38. tertij paralelli part. 54. Item perſpicuũ eſt ex tertio axiomate, Canobum quinti paralelli horizontem non attingere; nimirum quia eius declinatio auſtralis part. 51. 22. cõplemento latitudinis ſit maior, quæ eſt part. 49. 4. Rurſus perſpicuum eſt, Centauri Pedem in quinq; paralellis oriri & occidere, quoniam declinatio eius auſtrina part. 40. 14. minor eſt paralellorum complementis. nam & poſtremi paralelli complementum partium eſt 44. 59. Ptolemæus tamen in tribus tantum prioribus ſtellam hanc ortum efficere & occaſum ſcribit, vt propterea credam librariorum incuria Canobo fuiſſe adiunctam, & omnino è contextu eſſe expungendam. Demum extrema Fluuij in quatuor tantum prioribus paralellis oritur & occidit, vt rectiſsime ſcribit Ptolemæus, quoniã eius declinatio part. 47. 16. auſtrina, minor eſt cõplementis latitudinũ illorũ: in quinto non oritur neq; occidit, quoniã ipſius declinatio cõplemẽto eſt maior.

61 Vt iam apparitionum numerus.) Triginta hæ ſtellæ inerrantes, quarum aſpectus in quinq; poſitis paralellis ſibi Ptolemæus inueſtigandos propoſuit, apparitiones in totũ faci-

faciunt in ijsdem paralellis 580. vnaquæq; enim stella quatuor facit in anno apparitiones: igitur si in omnibus quinq; paralellis oritur & occidit, viginti facit apparitiones. at sunt omnes numero triginta; igitur in vno paralello faciunt apparitiones 120. & si omnes in quinq; paralellis orirentur & occiderent, apparitiones facerent 600. verum quia Canobus & Pes Centauri, vt inquit autor, in tribus tantum prioribus oriuntur & occidunt, desunt apparitiones 16. quarti scilicet & quinti paralelli. item quia extrema Fluuij in quatuor tantū prioribus eodē autore oritur & occidit, desunt adhuc apparitiones ipsius quatuor quinti Paralelli. itaq; si ex 600. apparitiones 20. quas tres dictæ stellę non efficiunt, subducamus, remanent 580 apparitiones, vt Ptolemęus inquit; qui tamen 494. tantum apparitiones in hoc opusculo ponere videtur.

62 Vbi maximus dies æquinoctialium horarum est quindecim.) Patet, cum maximus dies in horizonte Vrbini sit horarum 15. 15. obseruationes Democriti, Cæsaris, Hipparchi, Callippi, Euctemonis, Metrodori, & Cononis posse nostris locis accōmodari. Hæc sunt, quæ, dum libellus hic sub prælo esset, in mentem ad eum illustrandum subitò venerunt: quæ, vt potè nec etiam recognita, maximo existimationis periculo in lucem veniunt: verum tanti mihi fuerit famæ dispendium, dum publico bono consulatur.

Annotatiuncula in Plinium.

63 Et postridie occidunt Hædi.) Miror eos, qui emendandæ Plinianæ orationis prouinciam suscepere, hæc non animaduertisse. Primum enim vbi legitur v. Cal. Heniocus occidit matutino. iij. Cal. Corona Cæsari exoriri incipit. vtrobiq; reponendum pro Cal. Non. sicuti & supra cap. 26. vbi legitur. iij. Cal. Ian Canis occidens. emendandum itidem iij. Non. Deinde quod magis est, hoc in loco pro occidunt Hædi, legendum, oriuntur Hædi; nam & sic Columella, & liber à Leonico translatus.

F I N I S.